Artes operatiuæ ſunt duobus modis,aut facientes artificium,aut vtentes illo. & ſunt principales,& quia principiant eis,quę ſunt ſub eis operari. &, cum ars, quæ eſt ſub eis, perficit operationem, tunc principalis vtit eo,quod fecit. Et,quia põt aliqs dicere ꝙ iſtæ artes nõ ſciunt materiã, incœpit declarare quòd iſtæ etiam ſciunt materiam: & iſtã vocat Geometriam operatiuam:&dixit: Et artes continẽtes,&c.i. cognoſcẽtes materiã,non facientes eam, ſunt duæ. vna aũt eſt,quæ vtit, q̃ non facit formã,neq; mãm,ſed ꝑcipit illi,q̃ ẽ ſub opari:& iſta dr Geometria opationũ ſimpꝛ,& principalis ſimpꝛ. Secunda vero eſt quodãmõ vtẽs.i. prę cipit,& quodãmodo facit.& hoc intendebat,cum dixit,& de arte operatiua eſt Geometria opatiua. & q.d. & de arte operatiua eſt ars,q̃ vtitur, idest præcipit. Deinde dicit, & ideo ars, quę vtitur, &cæt. & ſi ſit operans,tamen attribuitur Geometriæ operationum ſm ꝙ vtit, non ſm ꝙ facit. Et,quia vtraq; ars eſt Geometria opationũ, incœpit facere dr̃as inter illas,& d.ſed differũt, &c.i.ſed hæ duæ artes differunt. qm̃ prima principalis nouit formam, & ꝑcipit iuxta illam,& fiſt materiã: alia aũt nouit materiã, & præcipit circa illã tm̃,formam aũt facit. D.Iduxit exẽplum de duabus artibus,& d.gubernator enim,&c.i. & ars,quæ vtit ſimpliciter,quę ſcit vtrũq;, eſt ſicut ars gubernandi nauem:ſcit.n.formam remi,quæ debet eſſe, & præcipit ipſum fieri ſm illam formam. iſta aũt alia ars,quæ vtitur quodammodo, & facit alio modo, eſt ſicut ars faciẽdi naues:iſta.n.facit formam,& ſcit mãm.ſcit.n.ex quib᷒ lignis erit melior

D 25 Artes operatiuæ ſunt duobꝰ modis. Idem. 1. Ethi. cap. 1.

E

F

G lior forma n̄ aūis, & q̄ſo debent ab ſcindi, & ſcipi arti, q̄ eſt ſub ea, facere hoc, q̄ non vtſ omnino. Et intendebat p totum hoc declarare, q̄ materia eſt nota in oībus artib⁹ principalibus, & non principalibus, cum artes ſint tribus modis, aut operans ſimplr, aut vtens ſimplr, aut vtens quodāmodo, & operans alio modo, & omnes ſciunt materiam. D. d. in hoc aūt, quod ſit per artem, &c. i. & non eſt dicta in hoc inter arte, & naturam, ſed ars, ſicut facit formā, facit materiam: natura aūt facit formam, non materiam, cum ſit exitꝰ, quia eſt aeterna. & iſte inuenit̄ qui buſdam artib⁹ q̄ quarum mā eſt naturalis, q̄n ars non facit illam.

Deorum-tum.

H

Amplius, eorum, quæ ad aliquid, materia eſt. ad aliam. n. ſormam alia materia. Quouſq; ergo Phyſicum oportet cognoſcere formam, & ipſum quid eſt? An quemadmodum Medicum neruum, aut Fabrum æs, vſque ad alic uid: alicuius enim gratia vnumquodq;. & circa ea, quæ ſunt, ſeparabilia quidem forma, I in materia autem:⁹ hō. n. homi-

*al homo quidem. Sol. & hō gnant ho- minem.

nem generat, & ſol. quomō aūt ſe habeat hæc ſeparabilis, & qd ſit, Philoſophiæ primę eſt officium determinare.

Et etiam materia eſt de capitulo relationum. diuerſarum. in forma diuerſantur in materia. Vſque quo igitur oportet Naturalem peruenire in ſcientia formæ & quidit atꝰ dicamus, quoniam quemadmodū Medicum peruenit in ſcientia nerorum, & Operāi cuprum in ſcientia cupri peruenit ad illud propter quod eſt vtrumq;, ſimiliter eſt de iſto etiam. oportet. n. ipſum ſcire eam eſſe formam abſtractam. ad eſſe eius eſt in materia homo. n. generatur ab homine, & ſole. diſcipulo autē in abſtracto q̄ ſit, & quid ſit, eſt Prima Philoſophia.

K

Intendit etiam declarare q̄ oportet Naturalem conſyderare de forma, quia cōſyderat de materia. cūm materia eſt de genere relationis. enim in reſpectu formæ & iſte videtur eſſe de forma. oportet igit̄ conſyderantem de materia conſyderare de forma, & conſyderante de forma conſyderare de materia. & etiā materia eſt pp formam: & oportet conſyderantem de aliquo conſyderare de illo, pp q̄ eſt. Et dixit diuerſa. n. in forma diuerſant in materia. Hæc eſt ratio. nano, qua declarat q̄ materia dī in reſpectu formæ. & q. d. & ideo diuerſāt materia p diuerſitatem formarum, a deo q̄ materia alaliū eſt alia a materia vegetabilium, & materia hois eſt alia a materia aliarum ſpecieū. Et cū declarauit q̄ naturalis cōſyderat de forma p ſe, & de materia pp formā, incœpit quærere quouſq; debet conſyderare de forma. & dixit. Quouſque igitur, &c. i. ad quem igitur ordinem oportet Naturalem peruenire in ſcia formarum, & non ptranſire illum. cūm ſcientia quilibet ſtatis, nō in ſcia eius, quod é eſſe? ſed ſunt hic mulu ordines formarum. i. abſtractæ a materia, & non abſtractæ. D. d. dicamus igit̄, q̄n quemadmodū Medicus, &c. i. & eſt manifeſtū, q̄n

L

M

quem-

A quemadmodum Medicus oportet ipsum puenire de cognitiõe formarum existentiũ in suo subiecto, de quo considerat, vt neruis, & carne, ad cognitionem quiditatis vltimarum formarum existẽtiũ in sua materia non separabilium ab ea, similiter oportet Naturalẽ peruenire in considerationem de formis ad vltimam formam, pp quam fuit materia. v.g. ad formam hois. D.d. oportet. n. ipsum scire, &c i. oportet Naturalem puenire p suam considerationem ad formam abstractã, s. vltimam, si esse eius est in materia, ante

B q̃ puenias apud considerationẽ de forma hois: sed homo generat ab hoie, & a sole, & vtrunq; est forma in materia. Et dixit hic quasi cõtradicendo dicentibus formas separari, & innuendo q̃ formæ naturales sunt in materia. D.d. dispositio aũt in abstracto, & c.i. considerato autẽ de dispositionibus formarũ abstractarum, sin q̃ sunt abstractæ, & de quiditatib⁹ earũ, est propriæ Primæ Philosophiæ, non scientiæ Naturalis. Et notandum q̃ considerato in esse istarum formarum est in scientia Naturali, non in prima Philosophia: sicut existimat Aue. qm̃ in hac scia apparet istud genus formarum esse, deinde prima Philosophia considerat de quiditatibus, & dispõitibus earum. & hoc est rectum: impossibile est enim aliquam sciam vsem, & particularem declarare subiectum esse, siue per signum, siue p demonstrationem: quod non est ita in causis sui subiecti: qm̃ declarat eas per signum, non p demonem simpliciter. scia igit̃ naturalis cõsyderat de esse formarum, quousq; perueniat ad vltimam formarũ materialiũ, & primã abstractarũ, aut ad formas formarum, q̃ sunt mediæ I esse inter illas: sicut existimatur de forma hominis vltima.

D Fo. 4. hois vltima est media inter abstracta & materialia. Oppo. vid 1. me. c. 19. vbi hĩ nõ dan mediũ inter abstractũ & male. Vide con. Zam.

SVMMA TERTIA.

De Causis, & earum in plura membra diuisione.

Quot, quæ sint causæ. Cap. 1.

DEterminatis aũt his, considerandũ est de causis, & quę, & quot numero sunt. Cũ. n. sciẽdi gratia hoc negocium sit: scire autem nõ prius opinamur vnumquodq; q̃ vtiq; cœperimus pp quid circa vnumq̃q; hoc autẽ est accipere primã causam: manifestũ q̃ & nobis hoc faciendum est & de generatiõe, & corruptione, & de omni physica mutatione: vt scientes ipsorum principia, reducere ad ipsa tentemus q̃sitorum vnũq̃q.

E

Hæ igitur determinatis considerandum est de causis, quæ, & quot sunt. Intentio. n. istius cõsyderationis, quia est scia: & nos non credimus aliquid scire absque eo, quod prius determinemus illa, ex quibus ẽ, & hoc ẽ scire suas cãs primas: manifestũ ẽ quod oportet nos etiam facere hoc in generatione, et corruptione, & in omni transmutatione naturali: ita quod, cum scierimus principia eorum, quæremus reddere ad illa vnumquodq; eorũ, de quib. erimus perscrutati.

F

G Et, cum determinandum ſit nobis, q̃ 27 debeamus præcedere hãc ſcientiã, oportet et̃ perſcrutari de cauſis rerũ naturalium, q̃ ſunt, & quot. Et hoc eſt ne ceſſe. q̃m interuno iſtius conſyderationis de ſcia rerum naturalũ, eſt ſcia certificata perfecta: & nos non credim⁹ ſcire aliquid pfecte, niſi cũ ſciamus ipſum cum ſuis cauſis primis, donec perueniamus ad ſuas cauſas propinquas: & hoc erit, cum pr⁹ determinauerimus numerum cauſarum p̃grendarum in illo genere, quę ſunt, & quot ſunt: ergo manifeſtum eſt q̃ ſimiſt et debemus facere hanc H conſyderationem naturaliter: ita q̃, cum primo ſcierimus cauſas cões omnibus rebus naturalibus, & numerum earum, quaremus in vnoquoq; eorum, de quibus loquimur illas cauſas eſſe. Et cum dixit: & hoc eſt determinare ſuas primas cauſas: intendit q̃ iſta ſcientia perfecta acquiritur ab aliquo, q̃ prius ſcierit cauſas rei primas, donec perueniat ad cauſas eius propinquas.

Vno igitur modo cauſa dr̃, ex quo fit aliquid cum inſit: vt æs ſtatuæ, & argentum phialæ, & horum genera. Alio aũt modo I forma, & exemplũ. hæc aũt eſt rõ ipſius q̃d quid erat eſſe, & huius gña, vt ipſius diapaſon duo ad vnum, & omnino numerus, & partes, quę in ratione.

Ducamus igitur quod cauſa dicitur vno mõ de illo, ex quo fit res, & eſt in ea. v. g. cuprum idoli bonum, & argentum idoli annuli, et genera iſtorum. Et dicitur alio modo de forma, & imagine. & eſt rõ ſignificãs quidditatẽ rei, & genera iſtorum. & g. quid genus eius, quod eſt K *diapaſon, eſt proportio binarij ad unum & huiuſmodi ſalutet numerum, & partes conclauſa in tota.*

Et cũ dr̃ multis modis. dicit̃ cauſa materialis, vt cuprum idoli, & argentum annuli. & dicit̃ & eſt in ea, vt faciat differentiam inter materiam, & prius nominem. Et dicitur alio modo ſm formam, vt figura, & imago in cupro. & hæc eſt cauſa, quam dat ratio ſignificans quiditatem rei, ſ definitio & dicit̃ hoc, quia definitiones componuntur ex forma ſ L eſt genus, & propria, quę eſt dra d. & genera iſti⁹. i. & illa forma quæ ponitur ſ definitione, ita ſe habet ad propriam differentiam, ſicut cõe ad proprũ. v. g. q̃m forma cõ quæ eſt quaſi genus proinquũ ad diapaſon, eſt proportio duorum ad vnum. & genus concludens, & prius et æquiuocat⁹ in Arabico & vnum eſt numerus proprius, & vnum eſt forma.

Amplius vnde principiũ mutationis primum, aut quietis vt conſultor cauſa, & pater filij, & M oſno faciens factũ, & mutãs mutati. Præterea, vt finis. hic autem eſt id, cuius gratia, vt ambulãdi fanitas. propter quid enim ambulare dicimus, vt ſanus ſit. &, ita locuti, opinamur aſſignaſſe cauſam. & quæcunq; tam mouente alio, intermedia fiũt ipſi⁹ finis: vt ſanitatis macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. oſa nãq; hęc finis gr̃a sũt: dr̃nt tñ abinuicẽ, quia alia qdẽ ſunt opera, alia vero organa.

Et

A Et dicitur etiam illud, ex quo ē principium primum transmutationis, & quietu. v.g. quoniam consideni alicui est causa similiter pater filii, & vniuersaliter agens actu, et transmutans transmutati. Et dicitur et secundum finem intentum. & hoc est illud, propter quid. v.g. sanitas apud ambulationē. cum.n. dicitur quare ambulat sortes? dicemus propter hoc, quod suū corpus sanetur et hoc dicto reddimus cau-
B sam. & similiter ea, q̄ sunt apud motu alterius ut illud, & finē intentū. v.g. sanitas ex diminutione, & purgatione, & potatione medicina, & instrumenta. quoniam oia ista intenduntur propter finē: sed differunt, quoniam quædam sunt actiones, & q̄dam instrumenta.

10 Cum induxit causam materiale, & formalem, induxit et causam agentem, & finalem, & dixit. Et dicitur etiam finis intentus, & dicit causa et de causa finali: ut sanitas, q̄ est causa exercitij, & lignum eius est, q̄n, cum alii
C rogant nos, quare ambulat Sortes? dicimus respondendo, propter hoc, q̄ sit sanus. D.d. & sic illa, & ea, & sic omnia, quorum vnumquodq; est vltimum motus eius, q̄ est ante ipsum, ex illis multis, q̄ sunt inter primum agens, & vltimum finem, cum vnūquodq; eorū est finis eius, quod est ante, & oia sunt pp vltimum finē. v.g. ambulatio, q̄ est pp extenuationem, & extenuatio pp sanitatem. & sic potio medicinæ, & phlebotomia est pp extenuationē humoris vincētis in corpore, & hoc D est pp sanitatem. D.d. q̄n oia ista intenduntur propter finem. i. q̄n omne, quod est ante finem, est propter finem. v.g. q̄n ista, q̄ diximus, intenduntur pp sanitatem: sed differūt, q̄n quædā sunt actiones, vt ambulatio, & q̄dā instrumēta, vt phlebotomia.

Causæ igit̄ ferè tot modis dñr. Accidit aūt, cum multipl̄r dicā-
tur causæ, & multas eiusdē causas esse, non fm accidens: vt statuæ, & ars statuaria, & ars non fm alterū quid, sed quatenus est statua: sed non eodem modo: sed E hoc quidē vt materia, illud aūt vt vnde est motus. Sunt aūt q̄dam & adinuicem causæ: vt laborare causa est bonæ habitudinis, & hæc laborandi: sed non eo dem modo: sed hoc qdē vt finis, illud aūt vt principium motus. Amplius aūt eadem cā contrariorū est. qd.n. p̄sens causa hui⁹ est, hoc & absens facimus aliq̄n cām contrarij. vt absentiam gubernatoris nauis subuersionis, cuius erat p̄sentia causa salutis. F

Isti igitur sunt modi, secundū quos fere dicuntur causæ. Et accidit, si causæ sint multis modis, vt plures causæ sint vnius rei, & non per accidens. v.g. quoniam causa idoli hominis est ars statuandi, & causa eius est cuprum, & hoc non est alio modo, sed secundū quod dicebat statua sed non eodē modo sunt causæ sed hoc secundū materia, hoc autē secūdū quod est principiū motus.

G *Et ſunt aliqua, quæ ſunt cauſa ſui adinuicem. v. g. quoniam labor eſt cauſa bonæ conſtitutionis corporis, & bona conſtitutio eſt cauſa laboris ſed non eodem modo: bona. n. exiſtentia corporis eſt cauſa ſecundum finem, labor autem ſecundum quod eſt principium motus. Et etiã idem eſt cauſa duorum contrariorum. abſentia enim eius, cuius præ*
H *ſentia gubernatoris eſt cauſa ſubmerſionis nauis, eius præſentia erat cauſa ſalutis.*

30 Cum numerauit modos quatuor cauſarum, incepit dicere diſpoſitiones earum, & quomodo ſe habent ad cauſatas, & ad ſeinuicem, & dixit: q̃ accidit q̃ plures iſtarum cauſarũ q̃ vna ſunt cauſæ vnius rei. v. g. qſn cauſa ſtatuæ eſt cuprum, & agẽs: ſed duobus modis diuerſis: cuprum. n. ſm materiam, artifex vero, vel ars ſm agẽs. & ſiſt figura ſtatuæ eſt cauſa ſm formam, & illud, propter qđ

I ſunt facta eſt cauſa ſm finem. Et cõtingit etiam q̃ eadem cauſa eſt cauſa duorum contrariorum, ſed duabus diſpoſitionib⁹ diuerſis. v. g. qſn gubernator eſt cauſa ſaluationis nauis, & ſubmerſionis: ſaluationis quidem ipſo preſente: ſubmerſionis autem ipſo abſente. Cauſæ etiam habent ſe adinuicem, ita q̃ vtraq; duarum cauſarum in ſpecie diuerſarũ eſt cauſa reliquæ, ſed duobus modis diuerſis. v. g. qſn labor eſt cauſa ſanitatis ſm agẽs, ſanitas autem eſt cauſa laboris ſm finem. & ſiſt materia eſt cauſa formæ, ſm q̃ forma non

I pòt inueniri niſi pillam, forma autẽ eſt cauſa materiæ, ſm q̃ materia non poteſt eſſe in actu & demonſtrata niſi per illam, & præcipue prima materia.* D. d. iſti igit ſunt modi & dixit ferè quia poſſibile eſt inuenire aliqua, q̃ collocantur in numero iſtorũ quatuor modorum, vt illa, quæ aſſimilant iſtis. & inueniuntur in eis & ideo dixit ferè. quia non tat dubitationem, quouſq; declaret hoc per inductionem, cũ fuerit declaratum ſm quot modos dicitur eſſe quodq; eorum. & dixit Alex. q̃ dixit hoc ad excipiendum cauſas, quæ ſunt per accidens.

Omnes autem nũc dictę cauſæ quatuor cadunt modos manifeſtiſſimos. Elementa. n. ſyllabarum, & materia ſubſtibilis, & ignis, & hmõi corporum. & partes totius, & ſuppoſitiones concluſionis, vt id, ex q̃, cauſa ſunt. Harum autem aliæ quidẽ ſunt vt ſubiectum, vt partes, aliæ autem, vt quod quid erat eſſe, & totum, & compoſitio, & ſpes. Vt men nũc, & medicus, & conſultor, & omnino ipſum faciẽs omnia ſunt vnde principium mutationis, aut ſtat⁹, aut mot⁹. Alia autem vt finis, & bonũ aliorũ. id. n. cuius gratia, optimum, & finis aliorum vult eſſe. differat autem nihil idem dicere bonũ, vel apparens bonum.

Et iſta cauſa, quas diximus, omnes collocantur in quatuor modis, qui ſunt valde manifeſti. Littera enim doctorum, & materia artificio-

Vide
M

Vide
Fadd. ẽ cõ
cõtrariorũ
idem de
ipſemet de
uerſis. vide
met c. 2.
& 2. qq. 92.

A ficiorum, & ignis, & similia corporum, & partes totius, & propositiones conclusionis sunt causa secundus illud, ex quo est generatio. Sed quædam sunt quasi subiectum, vt partes, & quædam quasi quidditas, s. vniuersum, creatio, & compositio, & forma. Sperma autem, & semen, & medicus, & sol, & vniuersaliter agens, omnia sunt illud ex quo est principium trãsmutationis, & quietis. Et quædã sunt

B quasi finis intenta per alias res, et bonum illud. n. propter quid debet esse nobilius cæterorum, & causa earum. & non est differentia in hoc, quod dicamus ipsum esse bonum, aut dicamus ipsum existimari bonum.

31 Cum numerauit genera causarũ sm exemplũ, sœpit notificare quo vnaquæq; causarum collocatur sub istis quatuor generibus, & dixit: Et istæ causæ, &c. i. & omnis causa, aut

C est sm materiam, aut sm formã, aut sm agens, aut sm finem. D. d. Licet enim &c. i. omnia. n. ista sunt causæ sm illud, ex quo fit generatum. syllabæ. n. generantur ex literis, & sic corpora partium consimilium cõposita generant ex igne, & ex alijs elimis. & hoc intendebat, cum dixit & ignis, & sic corpora. i. & ignis, & alia elementa sunt materia corporum consimilũ, q generant ex eis. D. d. & partes totius, i. & partes sunt totius quasi materia. D. d. & propõnes conclusionis, i. & qũ conclusio fit ex propõnibus, assimilant igitur materiæ. Et ola ista conueniũt D in hoc q sunt materia, & differunt hoc, qm quædã sunt materia sm cõpositionẽ, vt lræ syllabarum, & lapides domus, & qdam sunt fm alterationem, vt panis sanguinis, & qdam fm alterationem. & cõpositionẽ, vt acetum, & mel oximellis, & quatuor elementa olum compositorum. & hæc duo sunt fundamenta materiæ, i. compositio, & alteratio, & tertium compositum ex eis partes autem, & totum posuit aliũ modum à cõpositione, vt reputo, sm q ptẽ debebat partes, q sunt in potentia, non q sunt in E actu, aut fm q intendebat vniuersũ congregatum tm. compositio. n. est congregatio propria partium: fit. n. ex qualitate, & ordine, & positione. propõnes aũt assimilantur materiæ, quia sunt in potentia cõclusio, & cõclusio est eis quasi forma. D d. sed qdam sunt quasi quiditas, i. sed istarum causarum qdam sunt quasi demonstrantes quiditatẽ rei, & illę in ueniunt fm numerum differentiarum, quibus differt illud, quod accipitur in quiditate, & sunt tria, vt forma vniuersi partium, & forma cõpositionis partiũ, & forma oximellis, mellis & aceti: & ideo dixit vniuersum, & compositio & forma. Et intendit p formam, q est fm alterationem, & aut sine cõpositione, aut cum compositione. & intẽdit p vniuersum congregationem partium tm. & intendit per cõpositionẽ congregationem illarũ trium, dispositionum in partibus, s. figuræ, ordinis, & positionis. Et, cum numerauit causas, q collocantur sub eã materiali, & formali, dixit: Sperma aũt, & semẽ, &c. i. sperma aũt alalisi, & semen vegetabilium, & medicus

D

E

Propositiones assimilantur materiæ, quia sunt in potentia conclusio, & conclusio est eis quasi forma Idẽ inf. 74

F Vniuersũ Compositio & forma.

G

G sanitatis,& vt agens actiu,omnia colligant sub causa, quæ est principiũ transmutationis,& suæ cessationis. D. induxit genus, quod est fm finé, & dixit: Et quædã fm finé,s. & sunt quædam causæ,quæ sunt quasi finis intẽtus per operationes, & quasi bonum intentum. D. induxit rationcinationes super hoc,& dixit: illud.n. ꝓpter quid,& c. qm illud ꝓpter qd, quia est nobilius illis, quæ quærunt propter illud, est bonum intentum per illas res & ideo est causa aliarum. agens enim & materia non sunt nisi propter finem & similiter

H formæ nõ sunt nisi propter vltimũ finem. D.d & non est differentia, &c. non est differentia inter hoc, ꝙ describemus istam causam, quod est bonum intẽtum per illa, ꝙ sunt ante illam in rei veritate, aut illud, quod existimatur esse bonum, licet non sit bonum in rei veritate & dixit hoc, vt declaret quo sit communis rebus volũtariis,& naturalibus qm vltimum intentum in rebus voluntarijs multotiens videtur bonum,& non est in rei veritate. intentũ vero in rebus naturalibus e bonũ verũ.

Vltimũ intentũ in rebus voluntarijs multotiens videtur bonum,& nõ est in rei

I veritate. intẽtũ vero in rebꝰ naturalibus e bonũ verum vide pro hoc illud. met.

Cau æ igitur tales,& tot sunt species. Modi aũt causarũ numero quidem sunt multi, in capita vero contrahũtur & sũt pauciores. dũr.n. causæ multiplicitẽr. & ipsarum,quæ similium specierum sunt, prior ac posterior alia, alia, vt sanitate medicus, & artifex, & ipso diapason duplum, & numerus, & semper quæ continẽt ad singulares.

Magnitudines sunt causæ, & tot sunt species earum. Modi aũt causarum sunt multi, sed cum adunantur fiunt pauciores. causæ.n. et dicuntur multiplicitẽr. dicitur. n. causis, quæ sunt eiusdẽ speciei, quod vna causa est prior, aut posterior alia. v.g. quoniam ea sanitatem est medicus, & causa eius est ars, & causa eius, quod est diapason, est duplum, & causa eius est numerus, & similiter semper in rebus in comparatione continentis ad particularia. K

I

Intendit p modos cãs diuidi tur p accidẽtia. Et, cum notificauit ꝙ modi causarũ concludunt tm quatuor, incepit numerare eos, & dixit de eis in causis, & c. causæ n sunt eiusdem speciei quatuor species earum, dixit causæ fm prius, & posterius. v.g. in causis agentibus, medicus, & ars medicus, in est posterior ars aut est prior. Et hoc in causis formalibꝰ. v.g. qm̃ forma diapason est duplũ, & forma dupli est numerus, & forma numeri est quantitas. & hoc inuenit semper proportio inter vlr, & particulare. & hoc intendebat, cum M dixit & hoc semper, & c. & hoc semper inuenitur comparatio cõs ad proprium, ꝙ qm̃ cõe est prius fm formam, aut fm genus proprium & hoc accidit priori, & posteriori vnaquæque specierum causarum, ꝙ ꝙ prius est quasi cõe ad posterius. Et prius, & posterius in materijs manifestatur. & hoc inuenitur in similibus extenuatio n est huius extenuati, & huius extenuationis est, quantitas.

Amplius autem, vt accidens, & horum genera: vt statuæ alter Polycletus, & aliter statuatius

A nus: qm accidit statuario Polycletum esse. & continentes et accidens: vt si homo causa sit statuæ, aut omnino aſal. sunt autē accidentium alia alijs remotiꝰ, & propinquiꝰ: vt si albꝰ, & musicus causa dicantur statuæ.

Et etiam secundum accidens, & genera istorum. v. g. quoniam causa statuæ est Polycletus quodammodo, & alio modo faciēs statuas: accidit. n. artifici statuarum quod fuit Polycletus. & continēti a sunt per illud, quod est accidens. v. gr.

B *quoniam homo est causa statuæ, et vniuersaliter animal. & accidentia quædam sunt remotiora, quædam propinquiora. v. g. quoniā albus, & musicus sunt causa statuæ.*

33 Cum declarauit ꝙ in oībus ſpēbus causarū inueniunt duo modi, ſ prius & poſterius, incœpit ēt declarare alios duos modos causarū, ſ ꝙ ſe, & per accidens, & dixit: Et etiam ſm accidens, & iſtæ causæ diuidūtur ſm accidens, & genera iſtarum

C collocant in hoc modo. v. g. cum dī ꝙ Polyclet⁹ fecit ſtatuam, & ꝙ artifex ſtatuarū fecit ſtatuam. hoc. n. eſt ꝑſe, illud aūt ꝑ accidens. accidit enim artifici ſtatuarum ꝙ fuit Polycletus, qm nō fecit ſtatuam ſm ꝙ eſt Polycletus, ſed ſecundum hoc ꝙ habet de arte ſtatuarum. Did & cōtinentia, & cō. & illa, quę conuenēt causis, & ſunt genera causarū, ſunt causæ per accidens. v. g. qm homo eſt causa ſtatuæ per accidens, & vſi animal homo aut eſt causa ſtatuæ per accidens, quia accidit artifici, q eſt causa per ſe, ꝙ fuit homo, aut aſal. D

Et cū narrauit ꝙ illo, quod eſt per accidens, inuenit propinquū, & remotum, dedit exemplū, & dixit. v. g. dicere ꝙ albus, & muſicus ſunt causa ſtatuæ albus enim eſt remotior, q muſicus: licet vterq; ſit causa ꝑ accidens: quia album eſt cōius hole: ergo eſt remotius q muſicum.

Præter omnes autem, & pro Ci in poſt
prie dictas, & ſecundū accidēs, ua, i actu.
alię quidem vt potētes dñr, aliæ vero vt operantes: veluti ædificandę domus ędificator, aut ędi E
ficans ædificator.

Et omnes causæ, quæ dicuntur conuenienter, & quæ dicuntur per accidens, quædam dicuntur causæ, quia possunt, & quædam dicuntur causæ, quia agunt. verbi gratia, quoniam causa domus est ædificator, domus ædificat.

Et omnes causæ, quæ dñr per ſe, 34
& quæ dicuntur per accidens, & propinquæ, aut remotæ dicuntur eſſe, aut actu, aut potentia. v. g. quoniam ędificator eſt causa domꝰ: ſed, cum F
ædificat, eſt causa in actu, & cum nō ædificat, eſt causa in potentia. & hoc intēdebat cum dixit. v. g. quoniam causa domꝰ eſt ędificator, &c. i. quoniam causa domus eſt ædificator: ſed dum ædificat eſt ædificator in actu, & dum non ædificat eſt ædificator in potentia. ſed tacuit hoc, qa intelligitur per oppoſitum.

Perinde aūt dicēt & in ñs, quo rum cauſę ſunt ipſæ cauſæ, atq in ñs, quæ dicta ſunt. vt huiꝰ ſta tuæ, aut ſtatuæ, aut etiam oīno ima-

imaginis, & gris huius, aut gris, aut omnino materiæ, & in accidentibus ſimiliter.

Et, ſecundum quod narratum, dicitur ēt in rebus, quarum cauſa ſunt cauſa. v. g. cauſa ſtatuæ iſtius hominis, aut cauſa ſtatuæ hominis, aut cauſa ſtatuæ vniuerſaliter, & etiam cauſa iſtius cupri, aut cauſa cupri, aut cauſa materiæ vniuerſaliter, & ſimiliter eſt de accidentibus.

§ Et ſicut hoc dicitur in cauſis, ſimiliter dī in cauſatis, ſ. ꝙ quædam propinqua ſunt, & q̄dā remota, & q̄dā per ſe, & quę dā per accidēs. & hoc intēdebat, cum dixit: Et ſm ꝙ narrauimus, dī etiam, &c. i. &, ſicut iſta inueniuntur in cauſis, inueniunt in eis, quorū ſunt illę cauſæ, ſic in cauſatis. D. induxit exemplū in propinquo, & remoto in cauſatis, & dixit: v. g. cauſa ſtatuæ, &c. i. q̄m faciens ſtatuam iſtius hois, & faciēs ſtatuā dī faciens ſtatuam hois, & dicit faciens ſtatuam vſr. ſtatua igitur hominis huius eſt cauſatum propinquum, ſtatua vero ſimpliciter eſt cauſatum remotum. Et ſimiliter, cum dicitur ꝙ hoc eſt cauſa cupri, aut cauſa materiæ. cuprum. n. eſt cauſatū propinquum, materia autem eſt cauſatum remotum. D. d. & ſimiliter: de accidentibus, i quoniā in cauſatis accidentibus inuenitur propinquum, & remotū: ſed ſicut inuenitur in eis per ſe. & hoc capitulum inuenitur in libro Alex. manifeſtius q̄ hic ſit. & eodem modo dī in rebus, quarum cauſę ſunt cauſæ, etiam ſicut iſta narrata. v. g. huius ſtatuę dicitur in rebus plumbeis q̄ dicitur ſtatua vſt & huius cupri magis q̄ cupri, & vſt materiæ. & in accidentibus etiam eodem modo.

Amphus aūt connexę ſūt hę, & illę dicentur: vt non Polyclētus, neq; ſtatuarius, ſed Polyclētus ſtatuarius. Attn oēs hę ſunt multitudine quidē ſex dictæ aūt dupliciter. aut. n. vt ſingulare, aut vt genꝰ, aut vt qđ ſm accidens, aut vt accidēs genus, aut vt connexę hæ, aut vt ſimplices dictæ: oēs autem, aut actu exiſtentes, aut ſm potentiam.

Et dicuntur etiā compoſite iſti cum illis, v. g. non dicere Polycletum, neq; dicere artificem ſtatuarium, ſed Polycletum artifice ſtatuarium. Sed omnium iſtorum numerus eſt Sex. modi vero, ſecundum quos dicuntur ſunt Duo. ſunt. n. aut quaſi pars, aut quaſi genus, aut quaſi accidens, aut quaſi genus accidentis, aut dicitur compoſite, aut figillatim, et omniā dicentur, aut actu, aut potentia.

Inducit hic tertium modū cauſarum, & eſt q̄m quidam iſtorum modorum dicunt figillatim, & quidam compoſitē. & hoc intendebat, cū dixit. Et dicuntur ēt, &c. D. induxit exemplū cōpoſiti ex eo, qđ eſt per ſe, & ex eo, qđ eſt per accidens. & dixit: v. g. non dicit, &c. i. v. g. compoſitum ex eo, qđ eſt p ſe, & ex eo, qđ eſt per accidens: non ita ꝙ dicatur ꝙ hō eſt factor ſtatuarū, ſed ꝙ Polycletus artifex ſtatuarum fecit ſtatuam. Et, cùm numeraūt ſecūdum

A dum exemplum modos causarum, fecit summam de numero eorum, & dixit: Sed olum istorũ, &c. i. sed illa, quæ numeauimus fm dñas, q̃ bus diuiduntur, sunt sex, ſ fm propinquitatem, & remotionem: & p se, & per accidens: & compositionẽ, & diuisionẽ. fm dñas, in quibus conueniunt, & sunt duæ, ſ. potẽtia, & actu: qm̃ vnusquisq; eorũ sex est potentia, & actu. erunt igitur omnes modi causarũ duodecim. D.d. aut sunt quasi pars, aut quasi gen°. & intendit per partem quasi cãm propinquam, & per genus quasi re-
B motam: propinquum. n. est quasi pars, id est propria, remotum autem est quasi genus: & maxime causæ, quæ sunt fm formam, & fm materiam. D.d. aut quasi accidens, aut quasi genus accidentis. i. aut quasi causa, quę est per accidens propinquum, aut quasi causa, quæ est per accidens remotum: & hoc vocauit genus accidentis.

Differunt autẽ tm̃, ꝙ actu q̃dem existentes, & singulares, et ea, quorũ sunt causę, simul, sũt, & non sunt. vt hic medens cũ
C hoc, quia sanatur, & hic ædificator cum hoc, quod ædificat. quæ autẽ sunt fm potẽtiam nõ, semper: corrumpitur. n. non simul domus, & ædificator.

Et differẽtia inter hæc duo est, quoniam causæ, quæ agunt particularia, sunt, & non sunt cum eis illa, quorum sunt causæ. v. g. quoniam iste medicus, cum hoc curato, et iste ædificator cum hoc ædificato. in potentia vero nõ semper D *sunt ista: corruptio. n. domus nõ est cum corruptione ædificatoris.*

Vult dare dñam ſter causas, quæ 37
sunt in potẽtia, & q̃ sunt in actu, & dixit: Et dña inter hæc duo, &c. & dña inter causas, quę sunt actu, & q̃ sunt potẽtia, est, qm̃ quę sunt actu, inueniunt cũ illis, quorũ sunt causæ, & deficiunt cũ illis. v. g. qm̃ iste medicus non est curator in actu, ni C i in actu
si cũ hoc curato in actu. causæ autẽ similẽ cũ
in potentia sunt, licet causata non effectu.
sint: nõ. n. corrumpitur domus in- 1. de 5. Me
simul cũ ædificatore. Et hoc capi- tæ. c. 3.
tulum inuenitur in lib. Alex. manifestius sic: & differunt in hoc, qm̃ causæ, quę agunt particularia, sunt, aut non sunt insimul cum illis, quo rũ sunt causæ. v. g. qm̃ iste curator cum hoc curato, & iste ædificator cum hoc ædificato. in potentia autem non semper: non. n. corrumpitur domus, & ædificator simul.

Oportet autem semper causam vniuscuiusq; summã quærere, vt & ſ aliã. vt hõ ædificat, qm̃ ædificator est: ædificator autem est fm ædificandi artẽ. hęc igitur prior causa est: & sic in F
omnibus. Amplius aliæ quidẽ genera sunt generum, aliæ autẽ singularia singulariũ: vt statua rius quidem statuę, hic autem huiusce. Et potentiæ quidẽ possibilium, actu autem existentes ad actu existentia.

Et oportet quærere in vnaquaque rerũ causam eius, quæ est extremum vltimum, sicut quæritur in alys rebus. v. g. quoniã hõ ædificat, quia est ædificator: et est ædi-

ficator,

G ficator, quia habet artem ædificandi. hæc igitur cauſa eſt prior: & ſimiliter de eis omnibus. Et ēi genera ſunt cauſa generum, et particularia cauſa particularium. v.g. quoniā artifex eſt cauſa ſtatuæ, & iſte artifex eſt cauſa huius artificiati. Et potentia ſunt cauſæ potentiarum, & quæ agunt ſunt in reſpectu actorum.

38 Cùm notificauit numerum modorum cauſarū, incepit narrare q H iſtorum modorū ſunt quærēdi principaliter. & dixit: Et oportet quærere, & oportet intendere, principaliter de cauſis cām vltimā in qōne, non vltimā in eſſe: & illa eſt cā propinqua: vltima n. in eſſe eſt cā remota v.g. qñ aliquis interrogat, quare ędificat aliquis hō? & dicetur, quia eſt ędificator: &, cū dī, & quare eſt ędificator? dicetur quia habet artem ędificandi: & hic ceſſat quæſtio. D.d. & ſimiliter de aliis, i. de ſpeciebus cauſarū, ſ. qm̄ oportet quærere ſemper cām priorem. Cū dedit iſtud præceptum, notificauit I ēt aliam diſpōnem de cauſis: & eſt, qm̄ aliæ ſunt vſus, aliæ particulares: quemadmodum cauſatorum alia vſus, alia particularia. & q̄ opinan dū eſt q̄ particulare eſt cā particularis, & vſe cauſa vſus. Et dixit hoc, ꝓſeruando ſe a Platonica opinione ſ. q̄ vſus ſunt cāę particularium v.g. qm̄ artifex ſimplex eſt cauſa ſtatuæ ſimplꝛ, & iſte artifex demonſtratus eſt cauſa iſtius ſtatuę demōſtratę. D. induxit aliam diſpoſitionem de cauſis, & dixit: Et potentię ſunt cauſæ potentiarum, i. & cauſę quæ ſunt in potentia, ſunt cauſę rum, quæ ſunt in potentia, & quæ ſunt in actu ſunt cauſæ eorum, quæ ſunt in actu. & hoc intendebat, cum dixit & quæ agunt in reſpectu actorum, i. & cauſæ, quæ ſunt in actu, dicuntur in reſpectu actorum, quę ſunt in actu.

De Caſu, & Fortuna. Cap. 1.

QVot igit cauſæ, & quomō cauſæ ſunt, ſint nobis determinata ſufficienter. Dicitur autem & fortuna, & Caſus de numero cauſarum eſſe: & multa & eſſe, & fieri propter fortunā, & caſum. Quo igitur modo in his cauſis eſt fortuna, & caſus, & vtrum idem ſint fortuna, & caſus, aut diuerſum, & oīno quid ſit fortuna, & caſus, cōſyderandū eſt.

Tam igitur determinatum eſt cauſas quot ſunt, et ſecundū quot modos ſunt ſufficienter. Et in numero cauſarum eſt Caſus, & ex ſe. dicitur enim in pluribus ſpeci, & eſſe caſu, & ex ſe. Oportet igitur conſyderare ſecundum quot modos collocantur caſus, & ex ſe in iſtis cauſis, & vtrū caſus, et ex ſe ſint idē, aut diuerſa, et vniuerſaliter quid ſit ex ſe, et quid caſus.

Intendit per quot ſunt numeri 39 ſpecierū D.d. Et in numero cauſarū, &c. i. & quia apparet de Caſu, & de illo, qđ dicitur Ex ſe, q̄ collocantur in numero cārū, oportet nos ꝓſecutari de eis cōſyderādo ſm quot modos poſſunt collocari in cauſis, & vtrū ſint idem ſm definitionem,

aut

A aut diuersa. & hoc sciemus, si sciuerimus substantiã vtriusq; perscrutatio enim de substantia vtriusq; perscrutatione cõtinet in se de eis, vtrũ sint diuersa, aut idẽ. & ideo dixit & vtrũ quid sit ex se, & quid sit casus.

Et, quia ista perscrutatio non potest fieri nisi cõcedendo casum, & ex se esse, & plures Antiqui negabãt, incepit prius dicere opiniones eorũ, & cõtradicere eis: quẽadmodũ multi ex Antiqui attribuebãt ola casui. & quod est ex se. Et hoc capitulum sic debet legi. qa & in numero causarũ est casus vtq, ad finem capituli.

B Quidã enim & si sint, an nõ, dubitãt. nihil enim fieri à fortuna dicunt, sed omniũ esse aliquã causam determinatã, quæcunq; dicim⁹ à casu fieri, aut à fortuna. vt venendi à fortuna in forum, & reperẽdi quem volebat: quidem, non aũt putabat. causa est velle, cum venerit, emere. sic autem & in aliis, quæ à fortuna dicuntur, semper aliquã esse accipere causam, sed non fortunam.

Quidam enim dubitauerunt in eis vtrũ sint, aut non. & dixerunt quod nihil fit casu, sed oẽ, quod dicitur fieri ex se, aut casu, habet aliquã causam terminatam. v.g. quoniam iuit causa emendi aliquid ad forũ, ita quod inueniat aliquem hominẽ, quem diligebat inuenire, sed non cogitabat ipsum inuenire illic, est ipsum velle ire ad forum dicũt. & similiter omnia, quæ dicuntur fieri casu, habent causam existentem, quæ non est casus.

Et perscrutatio de casu, & de eo, 40
quod est ex se, est necessaria. quidã D
enim negabãt ea esse, & dicebant, q̃
non sunt nisi nomina tm. habet ens
vnũquodq; eorũ, quæ dicunt fieri
casu, aut ex se, cãm notã, cui possit
attribui. v.g. qui vadit ad forũ, & in
uenit illic hominẽ, quẽ diligebat in
uenire, sed non iuit, vt inueniret ip-
sum, causa inueniendi eũ nõ est nisi
exit⁹ à foro, aut volũtas eundi aliàs.
& sic est de oibus aliis, quæ dicunt
fieri casu, sc. quia habent cãm termi-
natam. Et sermo ei⁹ sic debet legi,
v.g. qũ causa eundi aliquem ad fo-
rum, ita q̃ inueniat aliquẽ hoẽm, E
quem diligebat, sed non cogitabat
ipsum inuenire illic, i. quia nõ cogi-
tabat inuenire ipsum illic est, propter
ipsum velle ire ad forũ. Et iste syl-
logismus cõponitur sic. Si casus est,
causa est: sed non est causa, quia nõ
est terminatus, & causæ sunt termi-
natæ: ergo casus non est.

Quoniam, si aliquid esset fortuna, inconueniens vtiq; per q̃ vere videbit, & dubitabit vtiq; aliquis propter quid nullus Antiquorum sapientum causas de generatione, & corruptione discens, de fortuna quicquã determinauit, sed (vt videt) nihil opinabantur illi esse à fortuna.

Et dicunt & ẽt, si casus haberet rationẽ, esset inopinabile, & locus ambiguus, quo Philosophi Antiqui, loquentes de causis generationis, & corruptionis, nihil dixerunt de casu. videtur igitur quod illi non tacuerunt, nisi quia non opinabantur aliquid fieri casu.

Inducit

41 Induxit teſtimonium ſup hoc ꝙ ca
G ſus nihil eſt. qm̃, ſi eſſet, aliquis Anti
quorũ locutus fuiſſet de nã illius:
ſed nullus eorum fuit locutus de eo:
ergo non eſt. Et cum, induxit has
duas rationes deſtruentes caſum eũ,
& ex ſe, incœpit contradicere, & pri
mo primæ rationi.

Sed & hoc mirabile, multa.n.
& fiunt, & ſunt à fortuna, & ca
ſu, ꝯ non ignorãtes ꝙ licet refer
re ad aliquã cauſam vnũquodq;
eorũ, quæ fiũt, vt Antiquus ſer
mo dixit, deſtruens fortunam,
horũ tñ alia quidẽ eſſe dicũt oẽs
H à fortuna, alia vero ñ à fortuna.

Sed hoc eſt mirabile, ſ. quod plu
ra fiunt caſu, & ex ſe. & licet nõ
ignoremus quo reducitur vnum-
quodq; iſtorum ad aliquã cauſam
generationis, vt Antiqui duxerũt
negantes caſum, tamen omnes di
cimus quòd rerum quædam fiunt
caſu, & quædam non fiunt caſu.

41 Dicit mirabile ẽ ꝙ oẽs homines
conueniunt ꝙ hic ſunt aliqua, quæ
fiunt caſu, cũ hoc, ꝙ nullus ignorat
I ea reduci ad cauſas generationis. nos
enim, & illi cõuenimus in hac diui
ſione entium, ſcilicet qm̃ quædam
fiunt caſu, quædam non fiunt caſu.

Quocirca & quodammodo
erat faciẽda ipſis mẽtio. At vero
neq; illorũ quidem aliquid opi
nabantur eſſe fortunã, vt amici
tiam, aut litẽ, aut ignẽ, aut intel
lectũ, aut aliquid aliud talium.
Inconueniens eſt igit, ſiue non
putauerũt eſſe, ſiue putantes re
liquerunt, præſertim aliqſi vten
tes, vt Empedocles non ſemper
Empedo-
cles.
aſſeret ſegregari ſuperius dicit, ſed K
vt accidit. dicit enim in mũdita
brica. Sæpe alias aliter, ſed tunc
ſic forte cucurrit. & partes ala
hũ à fortuna fieri plurimas art.
Lap
pa

Oportet igitur dixiſſe quod illi di
xiſſent aliquid de eo. Et non vide
runt etiã quod caſus ſit aliquid i
llarum rerum, ſ. amicitia, aut litꝭ,
aut intelligẽtia, aut ignis, aut alio
rum ſimilium. Et malum eſt, ſi non opi
nabãtur ipſum eẽ aliquid exiſtẽs,
& malum eſt etiã, ſi opinabantur
ipſum eſſe, & nihil dixerũt de eo, L
licet forte aſſẽtur illis in verbis
ſuis, vt fecit Empedocles, cũ dixit
quòd aer non ſemper excutitur ad
ſuperius, ſed quandoq; ſit. dicit
enim cũ loquitur de ſalſura ma
ris, hæc verba ſic. Accidit caſu, vt
crenet in illo tempore, & forte eſt "
alio modo. & dicit in membris au "
malium plura accidunt caſu. "

Cum declarauit ꝙ illud, ꝙd Anti 43
qui induxerunt in negando caſum
ipſum eẽ vnũ ſuper hoc, ꝙ ſit caſus,
incœpit dicere ẽt ꝙ ratio, quam in
duxerunt de hoc ꝙ Antiqui nihil lo
cuti fuerunt de caſu, non eſt rõcina
tio, neq; demonſtratiua, neq; proba M
bilis, ſed ſolũmodo accuſatio Anti
quorũ, quia debebant loqui de illo,
& dicere aut ꝙ nihil aliud eſt a cau
ſis notis, aut ꝙ eſt aliqd aliud ab eis.

Et hoc intendebat, cũ dixit: Opor
tet igit omnino, &c. & hoc, ꝙ Anti
qui dimiſerunt loqui de illo, nõ eſt
rõcinatio ſuper hoc, ꝙ nõ ſit, ſed eſt
accuſatio eorũ, qui debebant dicere
aliquid

A aliquid de eo. D.d. & non viderunt
ei. & cū hoc, quod apparet, ꝙ
apud eos non est vna illarum causa
rum, quas dicunt, vt amicitiæ & li-
tis apud Empedoclem, & intelligen-
tiæ apud Anaxagorā, aut ignis, aut
aliorum corporū apud eos, qui non
concedunt nisi causas materiales tā
tum & hoc intendebat cum dixit, ſ.
amicitia, &c. D.d. & malum est, &c.
i. & malum est eos nō opinatos fuiſ-
ſe ipſum esse aliquid existēs, ſed est
vna illarum causarū, & non notifi-
care hoc dicit vt ēt ſit malum opinari
ipſum esse aliquid aliud ab eis, & ni
B hil dicere de eo omnino. D.d. ꝙ ap
paret ex Empedocle, & alijs ꝙ apud
eos est aliquid additū illis causis. &
non est ſic hoc ex eo, ꝙ Empedo-
cles attribuit aliqua casui dixit. n. ꝙ
congregatio mundi, & eius ſegrega
tio fuit ex amicitia, & lite: ſed hoc,
quod congregatio fit in aliquo tpe pro
pter, & ſegregatio in alio dicit ēē ca
su & ideo attribuit motū aeris ſupius
inordinatū tpib⁹, & non in quibuſdā
casui. & dicit ꝙ cā cōgregationis, ex
qua fit caput, pprie, & cōgregatiōis,
ex qua fit manus, est casus. & coact⁹
C dicit ad hoc, qñ, cum posuit causam
congregationis amicitiam ſimpliciter,
non potuit dare causam, pp quam
accidit aliqua congregatio, & non
alia & ideo attribuit hoc casui. ap-
paret igit ex Emped. ipſum ponere
casum eſſe aliud a ſuis principijs: ſed
go oportet ipm dicere qd ſit caſus.

Sunt aūt quidam, qui & cœ-
li huius, & mundanorum oſum
causam eſſe ponūt Caſum. à ca-
ſu. n. fieri dicunt reuolutionem,
& motū, qui diſcreuit, & conſti
tuit huc ordinem vniuerſum.

Et quidam alij poſuerunt ca- D
ſum iſtius cœli, & omnium mun-
danorum ex ſe. dixerunt. n. quod
ex ſe fuit ex circulo motus, qui di-
ſtinxit, & conſtituit totum ſecun-
dum hunc ordinem.

Vult deſtruere ſermonem dicen 44
tiū ꝙ Caſus est cā vltima oſum, &
incœpit inducere inopinabile con-
tingens iſtis, & est hoc, ꝙ ponūt ca-
ſus cœli, & oſum entiū caſum, & ex
ſe, & dixit: Et quidam alij. &c. D. in-
duxit illud, ex quo contingit hoc, &
dixit: dicunt. n. &c i. qñ, cum poſue
runt ꝙ ex ſe, & caſu fuit reuolutio E
corporis cœleſtis, & motus, qui largi
tur alijs entibus ordinem contingit
eis, vt oēs cauſæ inueniant in eis ex
caſu. qd. n. inueniſ ex illo, quod ſue-
nitur ex caſu, inuenitur ex caſu.

Et valde hoc ipſum admira- Cōſiſt pri
tione dignum eſt, ꝙ dicant ip- mo de pa
ſa quidem a ſalia, ac plātas à for- tibus a
tuna nec eſſe, nec fieri, ſed aut na lium. ca
turam, aut intellm, aut quippiā Non qē
tale aliud eſſe cauſam. non enim vnoquoq
quoduis ex ſemine vnoquoque hit iſſe. d
fit, ſed ex tali quidē olea, ex tali ph. c. 4
aūt homo: cœlū aūt, & diuinio- a me
ra ſenſibilium à caſu fieri: talem F
autem cauſam nullam eſſe. qua-
lem animalium, & plantarum.

Et hoc ipſum eſt mirabile, ſ. di-
cere in animalibus, & vegetabili-
bus ea non fieri, nec moueri caſu,
ſed habent cauſam, aut naturam,
aut intelligentiam, aut aliud ſimi-
liter. non enim generatur quodli-
bet ex qualibet ſemine, aut ex ſper-
mate, ſed ex hoc ſemine genera-

G *rur oluus,& ex hoc ſpermate ge-*
neratur homo. & dicunt de cælo,
& de corporibus q̃ ſunt de genere
aliorum corporum dimnorũ, ea fie
ri ex ſe,& non habere cauſam om-
nino vt animalia & vegetabilia.

Cum induxit primum inopina-
bile cõtingens eis, induxit aliud, &
dixit: Et hoc, quod dicunt, valde eſt
mirabile, ſ. opinari q̃ alalia, & vege
tabilia, & alia, q̃ ſunt viliora corpo-
ribus cœleſtibus, non gñantur, nec
corrumpunt̃ caſu, ſed ex cauſis ter-
minatis, aut natura, aut intelligẽtia,
aut alijs cauſis, cum appareat q̃ non
quodlibet generetur ex quolibet, &
opinari cum hoc de corporibus cæ-
leſtibus, q̃ ſunt principia iſtorum,
& quæ eis largiunt̃ ordinẽ, ea fieri
ex ſe, & non hic cauſam eſſno, quam
animalia, & vegetabilia habent.

Atqui, ſi ſic ſe habeat hoc ip-
ſum, dignum eſt cõſyderatione
& bene ſeſe hẽt dici aliquid de
hoc ipſo. Nã prætereã q̃ & alio-
qui abſurdum eſt qđ dr̃, adhuc
abſurdius eſt dicere hæc, cũ vi-
deant in cœlo nihil à caſu factũ,
in ñs aũt. q̃ non à fortuna, mul-
ta contingere à fortuna. attamẽ
par erat contrarium fieri.

Et ſi hoc eſt ita, exigit per ſe
conſyderationem, & rectum eſt
loqui de illo aliquantulum. iſte e.
ſermo, licet ſit irrationabilis omni
modo, tamen maximum inopina-
bile contingit etiam eis ex hoc lo-
co ſcilicet ex hoc, quod non inue-
nuunt in cœlo aliquid, quod ſit ex
ſe, & inueniunt in eis, quorum ge-
neratio non eſt caſu plura, quæ ac-
cidunt caſu. & neceſſe eſſet con-
trarium.

Quia iſte ſermo deſtruit primũ
principium eſt, ideo induxit ſermo-
nem in forma ſignificante q̃ neceſ
ſe eſt pſcrutari de hoc, & dixit " Et,
ſi hoc eſt ita, &c. & notificat q̃ pſcru
tari de hoc magis eſt neceſſarium,
q̃ perſcrutari de natura caſus & ei
xit & rectum eſt loqui aliquanto
lum. quia iſta conſyderatio non eſt
propria huic ſcientiæ, ſicut dixit ho
gẽs q̃ ens eſt vnum. Et, quia iſte ter
mo eſt inopinabilis, dixit. Iſte ſer
mo, licet ſit, &c. & rectum eſt lo
qui cum iſtis, quoniam, & iſte ſer
eorum eſt irrationabilis, tamen ma
xima inopinabilia accidunt cæ
cet quoniam attribuunt omnia q̃
apparent in cœlo, caſui, & cum hoc
q̃ nunq̃ ſenſerunt, neq; ſentiunt ali
quid in eis fieri caſu: & attribuunt
quæ apparent in omnibus, quę ſunt
ſub cœlo, ordini, & non caſui, cum
hoc q̃ plura eorum ſunt, quæ ſunt
caſu. & oportet ponentem caſum eſ
ſe principium ponere contrarium.

Sunt autem quidam, quibus
Fortuna videtur quidẽ eſſe cauſa, immanifeſta autem humano
intellectui, tanq̃ diuinũ quiddã
exiſtens, & fœlicius. Quare cõ-
ſyderandum eſt & quid ſit vtrũ
que, & ſi idem, an aliud & caſus
& fortuna, & quomodo ſi deter-
minatas cauſas incidunt.

Et aly exiſtimauerũt quod ca
ſus eſt aliqua cauſa, ſed eſt ſubti-
lior quam vt apprehendatur a mẽ

tc

A te hominis, quia est res diuina no-
bis: oportet igitur perscrutari de
ipsa, quid sit, & vtrum casus, et
fortuna sint idem, aut diuersa, & quo
modo reducuntur ad causas, quas
diximus.

Cum notificauit q̃ quidã negãt
casum esse, & quidam nimium ex-
tenuant ipsum, ita q̃ attribuunt cœ-
lo, & incœpit inducere tertiam se-
ctam, & sunt illi, qui concedunt ip-
sum esse, & dicunt q̃ nullus scit qui-
ditatem eius, sed est res diuina, & ta-
cuit illos, quia iste sermo é irratio-
nabilis, vt hit hic causa ignorata na
turaliter, & é contradictio eorũ est
concedendo eis q̃d sit casus. & sermo
eius rei huius manifestus est per se.

Primum igitur, cum videam⁹
alia quidé semper siri fieri, alia
autem frequenter, manifestũ est
q̃ neutri horum causa fortuna
dicit. n. quod à fortuna, neq; ei⁹
est, quod ex necessitate, & semp
neq; eius, quod est frequenter.
sed quãquã quædã fiunt & p̃ter hęc
& cõs hęc dicunt esse à fortuna,
manifestum q̃ aliquid est For-
tuna. & Casus. talia. n. à fortuna,
& à fortuna talia cẽ scimus.

Dicamus igitur primo, quod nos
videmus res quasdam esse semper
eodem modo, & quasdam in ma-
iori parte. manifestum est igitur
quod casus non dicitur esse causa
alicuius istorum duorum modorũ,
& quod casus non est illud, quod
est necessarium, & semper, nec il-
lud, quod est in maiori parte: sed,
quia sunt hic aliqua, quæ fiunt ex
tra istos duos modos, & homines
dicunt ista fieri casu, manifestum
est quod casus est aliquid, quod ẽ
Ex se. scimus. n. quod quicquid est
tale fit casu, & quicquid fit ca-
su est tale.

Primo pscrutat de natura, quę in- 48
uenitur ex casu. qm̃, cum fuerit de- Idē. 1. phy.
clarati hic esse naturam propriam com. 3.
ei, declarabit ipsum esse, & declara-
bit post q̃ causa est: causata. n. sunt
notiora apud nos causis. Et incœpit
diuidere res in aliqua, q̃ sunt semp, E
& alia, q̃ sunt in maiori parte, & po
suit q̃ neuter istorũ duorũ modo-
rũ fit casu. Et hoc, qđ posuit, manife
stũ est p se. qm̃, cum posuerimus q̃
non ola sunt necessaria, sequitur vt
q̃dam sint possibilia: & possibile di
uiditur in illud, quod est pose I ma
iori parte, & in illud, quod non est
possibile in maiori parte. & sit etiã
manifestum est q̃ illa, quæ fiunt in
maiori parte, non dicuntur fieri ca-
su. si igitur casus, & ex se sit aliquid,
necesse est vt sit in rebus, quæ non
sunt possibiles in maiori parte. Et F
positio istius sermonis est positio
sylli hypo. & cõponit sic. Casus aut
est in rebus necessarijs, aut possibus
in maiori parte, aut in illis, q̃ fiunt I
minori pte: sed nõ inuenit in neces-
sarijs, neq; in possibus I maiori pte:
ergo necessario inuenit in eis, q̃ sunt
in minori pte. D. induxit testimo-
niũ holum, & dixit, & holes dñt, &c. Casus non
& cõcinatur sup hoc etiam ex con- est I neces
uertione existente etiam inter ista. sarijs, neq;
manifestum est. n. per se, q̃ illud, qđ in his, q̃ fit
non est necessariũ, neq; possibile in ideo. d ge
maiori parte, fit casu, & quod fit neratio. c. 11.
Digressio.

I ij casu

G caſu nō eſt neceſſarium, neq; poſſe in maiori parte. ſed iſta, q̄ non ſunt neceſſaria, neq; poſſibilia in maiori parte, q̄dam ſunt poſſibilia æquaſt, & quædam in minori parte: Quærē dum igit, vtrum caſus ſueniatur in vtroq;: ſed, ſi exiſti mauerim° q̄ potentia iſtius ſermonis eſt poſita ſyllogiſmi hypothetici diuiſiui, neceſſe eſt ſm Ariſt. vt caſus ſit in vtroq;. Sed Poſteriores Peripatetici, vt narrauit Auer. dīt q̄ caſus inueniſ eis, quæ ſunt poſſibilia in minori parte, non in eis, q̄ ſunt æqualiter. & hęc eſt ſententia Themiſtij. Auicenna

H aſſit dicit, q̄ caſus eſt in vtroq;. & narrauit q̄ illi rationauit ſuper hoc, dicentes q̄ illa, quæ ſunt & non ſunt æqualiter, cum attribuunt potentiæ actiuæ, ſunt vt ambulano, & quies. cum. n. aliquis ambulat, nō dicim° q̄ ambulano eius fuerit caſu, neq;, ſi quieuerit, q̄ quies ei° fuerit caſu.

Auicenna autem cōtradixit huic ſic. Nō eſt impoſſibile ſuenire vnū, quod dicatur eſſe neceſſariū in reſpectu alicuius, & caſuale in reſpectu alterius: & ſiſt erit poſſibile in maiori parte in reſpectu alicuius, & in minori parte in reſpectu alterius. Et quaſi intendit q̄ ambulatio, ſi attribuit potentiæ mouenti in loco, erit caſualis, quia non eſt in natura iſtę potentiæ mouere plusq̄ quieſcere: &, ſi attribuitur ad appentū, qui facit motum, non erit caſualis. Sed, ſi hoc fuerit, non erit hoc contingens vt in paucioribus naturaliter, neq; vt in pluribus, neq; neceſſarium, q̄d eſt inopinabile. Et manifeſtum eſt q̄, q̄n dicimus q̄ contingit mihi q̄ comedi cum ſaueare, & hoc eſt caſu, & d̄ſ hoc caſu, vt me comedere p appetitum. ergo contingens æquale impoſſibile eſt vt inueniatur et eo I

Auic contra Themiſtium.

altera duarum actionum, nec altera cauſa conjuncta cū eo q̄ altera actio eſt dignior vt ſit ſecunda, & cum ita ſit, actio non inueniet eo, quod eſt contingens, q̄ſi ex aliqua cauſa extrinſeca coniuncta cū eo. Illa igit cauſa, ſi fuerit in pluribus, tunc illa actio non fiet ſicut caſu, ſ. q̄uen° illa actio ab eo fuerit in maiori parte. erit in pluribus, & ſi fuerit in minori parte, erit in pauciorib⁹. cū igit actio prouenit ab aliquo contingente per ſe, & primo, neceſſario aut eſt in maiori parte, aut in minori. actio L

Auerroes cōtra Auicennam.

te autem æqualiter nulla actio prouenit, ſm q̄ eſt contingens ex vtroq; ter, q̄n natura eius eſt natura materiæ, non natura formę. Actiones igitur, q̄ non ſunt neceſſariæ, nec contingentes vt in pluribus, neceſſario prouenient in minore parte. & ſm hoc caſus non erit in contingentibus æqualiter, neq; etiam Ariſt. dicit vnum modum actionum, in quib° inuenitur caſus. Et debes ſcire q̄ dia inter contingens vt in pluribus, & neceſſarium non eſt q̄ contingens vt in pluribus habet impedimentum M vt in pauciorib⁹, & neceſſariū non habet impedimentum, vt dicit Auer. ſm. n. hoc ſequit, vt omnia ſint naturaliter neceſſaria: immo contingens vt in pluribus eſt illud, in cuius natura eſt poſſibilitas vt actio eius deficiat in minori pte: & tū inuenit illic impedimentum extrinſecum. neceſſarium vero, quia non habet hoc in ſua natura, ideo non inuenit impedimentum illi extrinſecum. ergo non inuenit impedimentum extrinſecum ei, q̄d eſt contingēs vt in pluribus, contingeret tunc vt poſſibilitas

Et cum posuit ꝙ finis aeris, alia est B propria rei, quæ dicitur esse in aere, & alia est cõis, quæ continet ipsum, & aliud. v.g. finis totius aeris, incœpit declarare ꝙ ex quibusdã aliis propositionibus sequitur, vt locus non sit finis cõis, s. ex propositione, dicente ꝙ loc⁹ debet esse æqualis, & dixit: & si totus aer, &c. i. & si totus aer esset primus locus rei, quę dicit esse in aere, tunc locus rei, & res, quæ est in eo, non essent æquales: sed existimatur hoc esse necesse, s. locum, & locatum esse æqualia. & hoc intendebat, cum dixit & existimatur, i. & scitur necessario. Et forte vocauit existi- C mationem hoc, quia est de genere propositionum, quæ declarãtur per modicam persuasionem. Et forte dicit hoc, quia ibi propositionibus accidit ꝙ sunt famosæ, cum hoc, ꝙ fuerũt necessariæ. & multotiẽs fecit hoc An. Et cõpositio istius sermonis est sic in secunda figura. Primus locus est æqualis: & aer fm totũ nõ est æqualis: ergo aer nõ est primꝰ locꝰ. D. d & ista est dispositio primi loci, ĩ quo ẽ res, i. & æqualitas, est dispositio primi loci, qui ẽ vltimi finis aeris continentis locatũ: ex quo sequitur vt ista vltima sint locus, non vlti- ma cõtinens. Et compositio istius sermonis est ex duabus affirmatiuis in figura secũda. et forte fecit hoc, quia locũ esse æquale locato est propriũ loco. & qñ conuertio in talibus propositionibꝰ est manifesta per se, possibile est vti in demonstrationibus: qñ tunc poterit reuerti ad primã figuram. qm̃, cum tales propositiones cõponuntur in prima figura, tunc maior propositi⁹ erit prædicabilis nõ fm naturam: & ideo componit in secunda figura. Sed forte conuertio in hoc non est manifesta per se, existimatur. n. ꝙ inane, quod est inter vltimos fines aeris, est æquale. & ideo inducit post alia principia, ex quibus declarat ꝙ nõ est inane. & fm hoc, cum dixit & ista est dispositio primi loci, nõ intendit declarare ꝙ primos locus, s. vltimus finis aeris est locus in rei veritate, sed intendebat declarare ꝙ qui ponit locum esse vltimum finem, cõcreditur ei hæc propositio, s. dicens locum esse æqualẽ, & non negatur ei, sicut accidit dicentibus locum esse totum aerem. & intendebat per hoc notificare ꝙ illa omnia principia nõ concludunt, nisi ponẽtibus locũ esse vltimũ finis aeris, & continentẽ locatũ. D Quando termini sunt conuertibiles. & conuertio est manifesta per se, licet arguere ex ambabus affirmatiuis in. 2. figura. Idẽ. 2. phy. cõ. 23. Idẽ hic supra cõ. 33. & infra c. 42. E F

Cum igitur non diuisum est quod continet, sed continuum, nõ vt in loco dicitur esse in illo, sed vt pars in toto. cũ vero diuisum est, & tãgens, in primo quodam est, vltimo continentis, qd neq; pars est eius quod in ipso est, neq; maius spacio, sed æquale. in eodem. n. sunt vltima se tãgentium. Et, cum continuũ sit, non in illo mouetur, sed cũ illot diui-

G diuisum autē in illo. Et, siue moueatur continens, siue non, nihil minus. Amplius autem, cū non diuisum est, vt pars in toto dicitur, vt in oculo acies, & in corpore manꝰ. cum autem diuisum est, vt in cado aqua, aut in fictili vinum. manus enim cum corpore mouetur, aqua autē in cado.

Cum igitur continens non fuerit diuisum, sed continuum, non dicemus quod illud est in eo, sicut aliquid est in loco, sed sicut pars in toto. & cum fuerit diuisum, sed continens, H *tunc est in vltimo continentis, sicut aliquid est in primo loco, et hoc non est pars illius, in quo est, quod est in eo, ne q. manus, sed aqua le. quoniam vltima continentium sunt in eadem dispositione. Et, cum fuerit continuum, tunc motus eius non erit in eo, sed cum eo. Et, cū fuerit diuisum, mouetur in eo, & non mouetur cum eo, nisi continens moueatur, quod non dicunt. Et, si non* I *mouetur, & etiam cum non fuerit diuisum, dicetur ipsum esse quasi pars in toto. v. g. quoniam visus est in oculo, & manus in corpore. & cum fuerit diuisum, erit sicut aqua in cypho, & vinum in dolio. manus enim mouetur cum corpore, & aqua in cypho.*

14 Cum declarauit q locus impossibile est vt sit finis cōmunis locato, & alij: quoniam locus est æqualis, & finis cōis nō est æqualis: incœpit declarare eam q ipse finis, qui terminatur esse locus, (cōtinens, & quilis, nō est forma, neq. aliquod continuum cum illo, quod est in eo, vel est dispositio in parte cum toto. & intēdebat distinguere per hoc inter locatū esse in corpore, quod est vt eꝰ, & inter partē esse in toto. et hoc, q prius posuit, qm aliquid esse in loco est sicut aquam esse in vase. Et dixit: Cum igitur continens, & cū, cum posuerimus q locus est continens, & continens est duobꝰ modis, aut continuum cum locato, aut diuisum ab eo, sed continens, cum posuerimus q locus est continens continuum. v. g. superficies corporis tricillud corpus non erit in loco continenti, sicut aqua in vase, & sit verum tunc ipsum esse æquale, sed est quasi pars in toto. et iam diximus q locus non est talis. &, cum continēs fuerit diuisum, & contangens, tunc dicetur q locatum est sicut aqua in vase, & q est æquale. cōtinens igitur dicit de tribus, de fine cōtangenti, & de non contangenti, & de forma. & æqualitas fallit cui in fine nō contangenti, & est vera de contangenti. & dicere aliquid esse i loco, sicut aqua in vase, est verum de fine contangenti, & non contangenti, & fallit in forma. & facit differentiā inter locatū esse in corpore, quod est suū vbi, & inter partē esse in toto: ergo id, de quo vere dicunt ista tria principia, est finis cōtangens. & continēs fallit de inani, qđ est inter superficies vasis continentis aquam, quod imaginant esse locus apud dicētes vacuum esse: ergo hæc tria principia non vere dicuntur nisi de fine continēti. Et forte illud, quod cōgregat ex eis est proprium fini contangenti, & conuertitur

A uerit de illo,ita, ꝙ declaratio sit ta-
lis. Locus est continens,& equalis,& ui-
ret est in eo,sicut aqua in cypho: &
quod habet istas tres dispositiones
est finis contangens: ergo locus est
finis contangens. & ideo dixit post.

Traditur definitio Loci, & ex dictis propositionibus manifestatur quid sit. Ca 7.

IAm igitur manifestũ ex his quid est locus. Quatuor.n. ferè sunt,quorum necesse est locum vnum aliquid esse.aut.n. forma est, aut materia, aut spa-
B cium aliquod mediũ extremorũ, aut extrema, si nõ est vllum spa cium præter inexistentis corpo tis magnitudinem. Horum autem, ꝙ tria non possint esse manifestũ est.Sed,propterea ꝙ con
odem tinet,videtur Forma esse. in eo-
esse dem.n.sunt extrema continẽtis,
cons & contenti. Sunt igitur vtraque
tens termini,sed non eiusdem:sed for ma quidem rei,locus autem cõtinentis corporis.

Apparet igitur ex hoc quid sit locus. sunt enim Quatuor, quorum locus dignius est, vt sit aliquis eo-
C *rum: est.n.aut forma, aut materia, aut aliqua dimensio inter fines, aut finis, si nulla est dimensio præter dimensiones corporis, quod est in re. Et manifestum est quod impossibile est vt locus sit aliquod istorum trium. Sed propter cõtinentiam videtur esse Forma. fines.n. cõtinentes, et cõtenti sunt insimul. Dicamus igitur, quoniã sunt ambe fines sed nõ fines eiusdẽ, sed for-*
ma est finis eius, quod cõtinetur, locus D
quo vero est finis corporis cõtinẽtis.

Dicit: Apparet igit ex prędictis,& ex hoc,qd dicã quid sit locus. locus n. si est necesse vt sit vnũ Quatuor,s. aut materia, aut forma, aut inane, aut dimẽsio,quę est inter superficies vasis.& hoc intendebat,cũ dixit aut dimẽsio inter fines, i.inter supficies cõtinentes locati,aut vt locꝰ sit ipsę superficies cõtinentes. D.d. si nulla fuerit dimẽsio,&c.i. si nõ fuerint hic dimẽsiones tres separatę, i.existẽtes per se, præter dimẽsiones corporis lo cati.dicẽtes.n. locũ esse vacuũ.dicũt E tres dimẽsiones esse nõ in subiecto, in quibꝰ subsiciunt dimẽsiones corporis. D.d. Et manifestũ est, &c.& intẽdit per tria,formã, & materiã,& dimẽsiones,quę dñr vacuum.& ipse intendit declarare eniã cum destructione vniuscuiusq; istorũ triũ similitudiné inter vnũquodq; corũ,& locum,vnde existimat vnũquodq; locum esse.& incœpit dare causam,ex qua existimat ꝙ locus est Forma,& dixit. Sed propter contunentiã,&c.i. sed propter hoc, ꝙ locꝰ existimatur cõtinere,& forma existimat cõtinere etiã, s.superficies corporis locati, F quia dicitur in definitione corporis, ꝙ est illud, quod continetur ab vna supficie,aut superficieb⁹. D.incœpit dare differentiã inter hunc finem,& finẽ,qui est locus,& dixit: Dicamus igitur, &c.i.qm superficies corpꝰis cõtinentis,& superficies corpꝰis cõtenti, licet conueniant ꝙ sunt finis, & superficies & continens, tamen non sunt finis eiusdem. quoniã forma est finis corporis, & eius terminus,locus autẽ est finis corporis continentis corpus habens formam.

Cõtinere loci,& formæ dnr.

Ex

G Ex eo autem, ꝙ mutatur ſæpe, manente continẽte, contentum & diuiſum, vt ex vaſe aqua, ipſum medium eſſe aliquod videt Spacium, tanquam aliquid exiſtens præter ipſum corpus transmutum. Hoc autem non eſt, ſed quoduis incidit corpus eorum, quæ transferuntur, ac tangere apta natura ſunt.

Et propter hoc, quod contentum diuiſum multoties mutatur, continente permanente, v.g. aqua in H *vaſe, exiſtimatur quod eſt aliqua dimenſio inter fines, & quod eſt aliquid præter corpus, quod transfertur. Et nihil eſt hic tale, ſed cadit in ipſum quodlibet corpus, quod cunque corpus ſit corporum, quæ transferuntur, & nihil eſt hic tale, & innata ſunt tangi.*

36 Cum declarauit ꝙ locus non eſt ſoſa, neq, materia, & dedit ſimilitudinem, ex qua apparet ꝙ locꝰ eſt forma, & diſſoluit illam, incœpit dare ſimilitudinem, ex qua apparet etiã I ꝙ locus eſt Dimenſio, quæ eſt inter ſuperficies corporis continentis extranei. v.g. dimenſio, quæ eſt inter ſuperficies vaſis. iſta. n. eſt opinio magis apparens. qm̃ primum notũ eſt ꝙ aliquid eſſe in loco eſt ſicut aqua in cypho. Sed vtrum locus ſit ſuperficies cyphi, aut inane, quod intelligitur inter ſuperficies cyphi, habet perſcrutationẽ. videtur. n. ꝙ ſignificatio vulgaris huius præpoſitionis In, qm̃ dicũt aliquid eſſe in loco, eſt circa vacuũ, quod vulgus intelligit in vaſe. &, ſi fuerit demõſtratum ꝙ nihil eſt vacuum, tunc locus K neceſſario erit continens extraneũ: ſed, quia vulgus non percepit hoc, non poſuit hanc ſignificationẽ huius præpoſitionis In. & ideo iſta opinio eſt valde apparens. Incœpit igit declarare ſimilitudinẽ, ſicut dixim⁹, quę facit homines credere locum eſſe vacuum, ſ. tres dimenſiones, quæ intelliguntur in vaſe extra ſubiectũ. & dixit: Et, quia contentũ, &c. i. &, quia corpus, qđ continet finis continens, qui eſt locus in rei veritate, transfertur qnq̃, ſine manente non tranſmutabili, in quibuſdã rebus per trãſlationem corporis, vt accidit aquæ, quando trãsfertur a cypho, ſ. qm̃ ſuperficies L cyphi permanet, ſicut erat, qm̃ aqua erat in eo: & exiſtimatur ꝙ locus eſt tale, ſ. ꝙ non transfertur per translationem locati: ideo exiſtimat ꝙ locus eſt vacuũ, & dimenſio, quæ eſt inter ſuperficies corporis continentis locatum. & adiuuat etiam hanc exiſtimationem hoc, ꝙ aer exit a vaſ, nullum corpus remanet inter ſuperficies vaſis, ſicut dicit Ariſt. poſt.

D. incœpit contradicere huic opinioni, & dixit: Et nihil eſt hic tale, &c. i. & non ſunt hic dimenſiones ſeparatæ in vaſe, quæ remanẽt vacuę, poſtq̃ corpus ſeparatur ab eis. ſed, cũ M aliquod corpus ſeparatur a vaſe, ſtatim cadit in ipſum aliquod corpus, quodcunq, ſit, aut aer, aut aqua. & non eſt hic corpus, quod ſeparatur a corpore, ita, ꝙ inter illa ſit non corpus, ſed omnia corpora contangũt ſe, & non diuiduntur abinuicem. & hoc apparet d Cãtaplora, & de aliis, quæ dixit. Et dicit ꝙ, ſi eſſent hic dimẽſiones, in quas caderet corpus locatum, contingeret vt quilibet locꝰ eſſet locus cuuslibet corporis. & hic

ignis

A ignis non esset propriũ superiori, & te ra inferiori. Et causa hoc est. sin a in dimensionibus abstractis, & vacuo non sunt differẽtiæ, quib⁹ diuersantur, sed natura earũ est cõ similis: b fines autem corporum di uersantur fm diuersitatem naturarum corporũ: vnde in eis inuenitur superius & inferius: & ideo corpora mouẽtur ad sua vltima propria, vt pficiãtur per illa, & vt tẽgãt illa.

Si autem esset aliquod spatiũ aptum natura, ac manens in eo dẽ loco, infinita vtiq; essent loca. translato. n. aere, & aqua, idẽ facient partes omnes in toto, quod nunc tota aqua in vase. simul autem & locus erit mutatus: quare erit loci & alius loc⁹, & multa loca simul erunt, non est autem alius locus partis, in quo mouetur, cũ totũ vas transfertur, sed idẽ. in quo enim sũt, vicissim transferuntur aer, & aqua, aut partes aquæ, sed non, in quo sunt, loco, q̃ pars est eius & loci, qui est locus totius cœli.

Et, si esset aliqua dimensio nata permanens in eadem dispositione, tunc loca essent infinita. aqua. n. et aer, quado transferuntur partes facũt in toto, quod aqua tota facit in vase. & cu hoc locus erit translatum: & sic locus etiam habebit alium locum, & erunt multa loca insimul. & locus partis, in quo mouetur, quando transfertur totum vas, non est alius locus, sed idẽ. locus enim, in quo est aer, & aqua, & partes aquæ, est ille, quia transfertur, quia non venient in illum locum, quo est pars in loco, quia est locus ex toto cœlo.

Istæ sunt aliæ rationes, ex quib⁹ declarat q̃ impossibile est dimẽsiones esse separatas per se extra materiam, & formã, & oĩa accidentia, sicut existimant dicẽtes vacuũ esse.

Et dixit: Et, si esset hic dimẽsio nata, i. existẽs per se extra subiectũ, i. tres dimẽsiones, quibus corpus definit, existũt per se sine subiecto. D. d. pertinẽs in eadẽ dispõne, i. nõ trãsmutabilis, neq; translatabilis, fm q̃ existimãt opinantes hoc. D. d. tunc loca essent infinita, &c. i. qñ, si loc⁹ essent dimẽsiones abstractæ à materia, in quibus dimẽsiones corporis subijcient, contingeret loca esse infinita. contingit. n. vt totũ corpus locatũ, & partes eius sint in loco essentialiter. qñ, si locus sit tres dimẽsiones, in quibus subijciuntur dimensiones corporis, & corp⁹, & quælibet pars eius habet tres dimensiones, necesse est vt subiectio totⁱ in loco sit ad modum subiectionis partis adeo, q̃ qñ aer, aut aqua intrat in vas, subijcientur fm tres dimensiones in tribus dimẽsionibus vasis, quæ sunt inane. & sic contingit vt medietas aquę fm tres suas dimensiones subijciat in tribus dimẽsionibus, quę sunt medietas dimẽsionũ primi loci, & sic de medietate medietatis, & sic procedit in infinitũ, ex quo contingit loca esse infinita cum hoc, q̃ contingit q̃ dimensiones partis subijciunt etiã in dimensionibus, in quibus totum subijcit, & sic erunt dimensiones in dimensionibus in infinitũ. pars. n. indiget

G dimenſionibus per ſe, in quib⁹ exiſtat, ſicut totũ exiſtit. & differunt à toto dimẽſiones partis, quæ sũt ſuũ vbi, & indigent exiſtere in dimenſionibus totius, quę ſunt ſuum vbi, ita, φ ſint diuerſæ à dimenſionibus totius. Et hoc intendebat, cum dixit: partes.n. &c. i. qm̃ quemadmodũ ſm totũ aqua, quæ eſt in vaſe, indiget dimenſionibus, in quibus ſubijciatur, ita partes aquæ indigent dimenſionibus, in quibus ſubijciantur, quæ differunt à dimenſionibus totius. qm̃, ſi dimenſiones partis, in quibus ſubijcit, eſſent partes dimẽ-
H ſionum, in quibus totũ ſubijcitur, tunc pars non eſſet in loco per ſe, neq; totũ eũ. totũ.n. etiam eſt pars totius corporis continentis, & illud corpus alterius corporis continẽtis ita, φ ſit pars totius mundi. & contingeret in dimẽſionib⁹, in quibus ſubijcitur totũ, vt indigeãt dimẽſionibus, in quibus ſubijciant, & illæ dimẽſiones alijs dimẽſionibus, & ſic in infinitũ. D. induxit etiam aliud impoſſ, & dixit: & cũ hoc erit tranſlatum, &c. i. &, cũ poſuerimus dimẽſiones eſſe ſeparatas, in quib⁹ ſubijciuntur dimenſiones corporis, con-
I tinget vt loc⁹ moueat eſſentialiter, & indigeat loco. qm̃, cum vas tranſfertur de loco in locũ, & in eo fuerit aqua, aut aer, cõtinget neceſſario, ſicut vas ſm totum mutat locũ, vt dimẽſiones, in quibus eſt aqua, in vaſe mutẽt locũ. & ſic locus indiget loco. &, cũ tranſfertur ad alium locũ, fient in eo aliæ dimenſiones permanentes in vaſe, quæ mouentur per motum eius. & ſic cõtingit vt in vaſe ſint loca infinita, quia creſcũt in vaſe per motum, & totum remanet, quia aqua remanet. & ſiſt cõtingit etiam in partibus aquæ. Et hoc in K tendebat, cũ dixit & locus partis in quo mouetur, qm̃ tranſmittur totũ vas, non eſt alius locus, & iſte partes loci. & continget vt cum eo tranſmittantur dimẽſiones, in quibus ſubijciãtur aqua, & partes aquæ in vaſe. &, cum tranſfertur, continget, vt dimenſiones, quę ſunt in vaſe, ſubijciantur dimenſionibus, ad quas tranſfertur vas: & ſic, locus mouebitur p ſe, & erunt multa loca infinita. D. d. locus.n. in quo eſt aer, &c. i. dicimus.n. ſm noſtrã ſententiã, φ vas, in quo eſt aer, aut aqua, aut partes aquę, eſt illud, quod tranſfert partes L & aquæ exiſtit in vno loco, quod est vas: nõ quia aqua, aut partes eius feruntur per ſe, per tranſlationẽ vaſis ita, φ ſint ſ loco, qui eſt pars loci, ad quem tranſfertur totum vas, qđ eſt pars loci totius mundi. Et hæc ſunt multa impoſſia manifeſtiora vltis, quæ ſequuntur ex poſitione dimenſionum ſeparatarũ, quę poſt dicet Ari. qm̃ loquet de vacuo. ſed iſta impoſſibilia, quæ hic dixit, ſequuntur ex poſitione dimenſionis ſeparatæ, non ſm φ eſt dimẽſio ſeparata, ſed ſm φ ponit locus. Et Alexan. dicit M in hoc capitulo quod eſt valde difficile, & exponit ipſum duabus expoſitionibus. dixit. n. φ, cũ dixit Arist. aqua. n. & aer, quando tranſfertur, &c. forte intendit. qm̃, ſi locus eſſet dimẽſio, cõtingeret vt partes aquæ, quando aqua tranſfertur, ageret illud, quod agit aqua, quę eſt in vaſe, quando vas tranſfertur, i. qm̃ dimẽſiones, in quibus partes ſubijciuntur, debent tranſferri cum ipſis partibus: ſicut contingit, ſi aqua eſſet in vaſe in dimenſione, vt dimenſio, in qua eſt, tranſferatur cum vaſe. &

dicit

A dicit ꝙ similitudo inter hæc duo, quæ fecit hanc consecutionem est, quñ vtrũq; est pars totius, et pars nõ mouet per se, sc. quñ aqua, quæ est in vase, est pars congregati, sicut pars aquæ nãlatæ est pars totius aquę. & cũ illud, quod cõtingit in vtraq; parte, est idẽ, & vas, quñ transfertur, & aqua existit in eo, transfertur cũ eo dimensio, in qua est aqua, & contingit vt subijciat in alia dimensio nem. ita est de oĩbus partibus cuiuslibet mot. & cũ ita fit, quodcũq; corpus transferẽ, necesse est vt per trãslationem eius transferantur dimen

B siones partium eius, & subijciantur in dimensionibus loci, ad quę transferuntur: & sic in illo loco congregantur duæ dimensiones vni parti: & sibi de aliis partibus: et deinde, quñ secunda transfertur, transferuntur cum vnaquaq; parte duę dimensiones, & subijciẽtur in tertia dimẽsione: & sic vna pars in secunda translatione, i. in secundo loco habebit dimensiones tres: & sic quanto magis corpus mouebitur in loco, tãto magis habebit dimensiones: & sic

ecũda et vna pars habebit dimensiones infi
õ eũde. nitas infinitas simul. Secunda expositio

C est, & est manifestior, vt dixit & est, vt cõtradictio sit de partibus corporis, quod est in vase tantum. hoc. n. manifestum, s. ꝙ, si locus sit dimensio, ꝙ necesse est vt cum aqua, quæ est in vase, per translationem vasis, transferatur dimensio, quæ est in ipso. ex quo sequitur, vt aqua, quæ est in vase, habeat loca infinita. & hoc, sicut dixit, est manifestius, s. aquã quiescere essentialiter in vase, & moueri per accidens, q̃ partes esse in toto hoc modo. & etiam prima rõnatio nõ sequitur, nisi poſ̃ ponitur partes moueri per accidens. & forte hoc non concederetur, nisi posset concessionẽ eius, ꝙ est locũ esse cõtinens, qui vero ponit dimensionẽ, quæ est inter superficies continẽtes esse locũ, opinat partes esse in loco essentialiter. Et ideo vt ꝙ nostra expositio est rectior, quia est fundata sup hoc, ꝙ partes sunt in loco essentialiter: & hoc sequit ex sermõe eorũ. & impossibile, ad quod inducitur, est cũ manifestũ, s. ꝙ vnum translatũ transferẽ in locis infinitis. & sm hãc expositionẽ Iduxit aquã in vase, vt appareat ꝙ contingit eis ꝙ pars debet esse I loco essẽtialiter, D

ficut aqua I vase ẽ I loco essẽtialiter E

Et materia etiam videbitur vtiq; esse locus, si inquiescente aliquis consyderet, & nõ separato, sed continuo. Vt. n. si alteraẽ, est quippiã, quod nũc quidẽ albũ est, olim autẽ nigrũ, & nunc quidẽ durum, olim autẽ molle: (quapropter dicim⁹ esse aliqd materiã:) sic & locus per talem quãdã esse vr imaginationem. Verũ illud quidẽ, qm̃ quod erat aer, hoc nũc aqua est: loc⁹ vero, qm̃ vbi nũc erat aer, hic nũc est F aqua. Sed materia quidẽ, sicut dictum est in prioribus, neq; separabilis à re, neq; continẽs est locus autem ambo.

Et existimatur quòd Materia etiam est locus, quando consyderatio fuerit posita secundũ hoc, quòd in quiescente est aliquod transmutabile, absq; eo, quod separatur, sed remanet continuum. Vt in vase sit aqua, & non moueatur vas, &

G *transmutatur aqua, & non est separata a vase, sed continua cum eo, & fiet aer absq; eo, quod separatur, sed remanente continuo. Et quemadmodum in alteratione est aliquid, quod nunc est album, & prius fuit nigrum, & etiam quod nunc est durum, & prius fuit molle (ex quo dicimus materiam esse aliquid similiter existimamus locum esse hoc modo imaginationis.*

Sed illa existimamus propter hoc,
H *quod illud, quod fuit aer, est nunc aqua: locum vero existimamus esse, quia vbi fuit aer, illic nunc est aqua. Et materia, sicut diximus superius, non est separata a re, neque continens ipsam: in loco vero est vtrunque.*

38 Cum posuit ꝙ locus vt esse aliqd quatuor, & ꝙ non est aliquod trũ, forma, aut materia, aut dimensio inter vltima corporis continentis, & dedit similitudines, quæ faciunt existimare vnumquodq; eorum, &
I primo dedit similitudinem, quę facit existimare locũ esse formam, & quæ facit existimare locũ esse vacuum, incæpit etiã date similitudinẽ, quæ facit existimare ipsum esse materiã, et dixit: Et existimatur materiam esse locũ, i. et similitudo, quę est inter motum trãslationis, & motum transmutationis, quæ est generatio, & corruptio est, qñ vtrũq; indiget aliquo, in quo fit transmutatio. & ideo existimat ꝙ illud, in quo est transmutatio rm generationẽ, & corruptionem, quod est materia, fit subiectum translationis, scilicet K
& hoc existimatur maxime, qñ a. quod corpus trãsmutatur in aliud, etiam vbi quiescente, absq. eo, qđ separatur ab eo, sed remanet cõtinuũ cum illo vbi. vt aqua quę in cyphe, quæ transmutatur in aerem absq; eo, ꝙ vas moueatur, & absque eo ꝙ aqua diuidat a vase. qñ subiectum istius transmutationis esse intimal cũ vase, facit existimare ipsum esse locum. D.d. Et quemadmodũ in alteratione, &c.i. & illud, quod mouet nos ad credendum materiã esse, & locũ esse, est cõmune illud. n. quod mouet nos ad credendum materiam L
esse, est subiectum esse in alteratione. qñ quemadmodũ in alteratione aliquod est, super quod succedit sibi duo contraria, v. g. albedo, & nigredo, & dulcitudo, & mollitudo, ita, ꝙ in aliqua hora est album, & in alia nigrum, & similiter in transmutatione, quę est in substãtia, etiam est aliquod subiectũ, vt in transmutatione aquę in aerẽ, & actus in igne. & similiter existimauimus per motũ trãslationis locũ esse. locus in trase habet in motu trãslationis, sicut materia in motu rm substantiam, & subiectum in alteratione. & hoc M
intendebat, cum dixit: qđ existimatus locũ esse, &c. Et cũ dedit similitudinem inter causam faciente opinari locum esse, & materiam esse, dedit differentiã, & dixit: Sed illam, &c.i. & est differentia inter has duas transmutationes. qñ transmutatio, quę induxit nos ad credendum materiã esse, est trãsmutatio, a quę est in substãtia: trasmutatio autẽ quæ induxit nos ad credendũ locũ esse, est b trasmutatio in loco. & hoc intendebat, cum dixit: qñ illud, qđ fuit

aer,

A aer, est materia aquæ. i. quia transmutatur, & transfertur de forma aeris in formam aquæ. D. dixit signum declarationis q̃ materia est aliud a loco, & est, qñ materia non separatur a re, neq; continet ipsam: locus vero separatur, & cõtinet: ergo in se cunda figura, locus nõ est materia.

Si igitur nihil horum trium locus est, neq; forma, neq; materia, neq; spatiũ existens alterum, præter spatiũ rei translatæ, necesse est locũ esse reliquũ ex quatuor continentiis, scilicet terminum corporis. dico autem contentum corpus, quod mobile est ſm lationem.

Et, cum locus nõ sit forma, neq; materia, neq; dimensio: quoniam, si fuerit dimensio, continget vt sit hæc alia dimensio a dimẽsione rei translatæ sequitur vt locus sit residuum quatuor, quod est vltimũ corporis continentis, ſ. quod cõtinet corpus contentum, quod innatum est moueri motu translationis.

39 C Cum posuit hic quatuor, quasi cõtradictoria naturaliter, & destruit ea eorum dixit, Et, cum locus, & ce deest quoniam, si locus fuerit dimensio, quæ est inter superficies vasis, necesse est vt sint hic dimensiones separatæ, aliæ a dimensionibus corporis translati, quod subijcitur in loco. quod est impossibile. continget enim ex hoc vt sint dimensiones separatæ, & alia impossibilia, quæ dicentur apud sermonem in destructione vacui. Et iste sermo est hypotheticus diuisiuus. sed illa, quæ ponuntur in eo, non sunt contradictoria sibi naturaliter. & ideo existimatur esse probabile: ſ. non vtitur ipso nisi ad confirmãdum demonstrationem, super quã sustentatus est, quę est congregatio illorum existẽtium in loco cõtinente: &, quia conuertunt adinuicem.

D 36 Quomõdo syllogismo hypothetico vtimur possumus ad confirmandũ, vide, 2. phy. cõ. 3. &. 4. pr ortũ in digressione ppria de syllogismo hypothetico.

Declaratur per aliam viam, quòd definitio tradita, est definitio Loci. Ca. 8.

Videtur autẽ aliquid magnum esse, & difficile captu locus, tũ qm̃ esse materia videatur, atque forma, tũ qm̃ in ipso continente quiescente fit trãslatio eius, quod fertur. E posse. n. videtur esse spatiũ medium aliud quippiam a motis magnitudinibus. Confert autẽ aliquid & aer, apparens incorporeus esse. videntur enim non solum termini ipsius vasis esse locus, sed et quod intermedium est, vt vacuum.

Et existimatur quòd comprehendere locum est maximum & difficile, et hoc, quod apparet in eo de materia, et forma, et quia trãslatio translati est in continente, et E *ipsum est quiescens. Vnde & apparet hic esse aliquam dimensionem aliam a dimensione quantitatum mobilium. Et adiuuat hoc aliquantulum aer, qui apparet esse nõ corpus. & ideo facit apparere quòd locus non tãtum est vltimum vasis, sed cum hoc illud, quod est in medio, sta, quòd sit vacuum.*

Cum promisit dare definitionẽ 40 de loco, ex quo appareat natura lo- Supra. 1. cõ. 31.

G ci, & per quam difficultates quæstiones accidêres in eo, & appareat causa difficultatis in cognitione substantiæ eius, & secundum quam conueniat omnibus existentibus in loco, & tam apparuit q̃ primũ conuenit oibus existentibus in loco per se, & declarauit similitudinẽ, quæ est inter cõtinens, & materiam, & formam, & similitudinẽ, ex qua existimat' loci esse materiam, incepit declarare q̃ ista similitudo, quæ est inter continẽs, & ista, est causa difficultatis cognitionis loci, & dixit: Et existimat,

H &c. 2. propter similitudinem, quã diximus esse inter ipsum, & materiã, & formam, & propter hoc ét, q̃ quędã corpora translata transferuntur in cõtinente quescente, vt aquę in cypho quescẽte, & ideo existimat hic esse dimensiones separatas inter superficies cyphi, & q̃ illæ dimensiones sunt locus, s. lõgitudo, & latitudo, & profundũ, q̃ imaginant illic. qm̃, si superficies vasis corrũperẽtur apud exitum aquæ, non facerent apparere q̃ inter superficies eius esset inane. & ideo non existimatur hoc in columna, quę trãsfertur in aqua de

I loco in locum. Deinde dedit aliam causam, quam nõdum dixit, & est, quia aer, qui est in vase, est insensibilis. & est causa fortis. qm̃ propter hoc, qm̃ aqua extrahit'a vase, existimat' q̃ vas est vacuũ. & dixit: Et adiuuat hoc, &c. & ẽ sermo manifest'.

Vt autem vas locus est, qui trãsferri potest, sic locus vas immobile. Quapropter, cũ in eo, quod mouet, quippiã moueat, mutetur q̃ id, quod intus est, vt in flumine nauis, vt vase magis q̃ loco, vtit cõtinente. Vult aũt K immobilis esse loc'. quocirca totus magis fluui' loc' est, q̃ a imobilis tot' ẽ. Quare cõtinẽtis termin', Imobilis, prim', Loc' est.

Et quemadmodũ vas est locus transiatum, & similiter locus etiã est vas immobile. Et ideo, cũ fuerit aliquod continens, intra quod mouetur, et transfertur in aliquo modo, v. g. nauis, quæ mouetur in flumine, tũc cõtinens apud ipsum est quasi vas, non quasi locus. Vnde necesse est vt locus sit immobilis. & ideo, si cõtingat fluminẽ secundum totũ, est dignum vt sit locus, quia totũ est immobile. Vt sic minus igitur cõtinẽtis immobile primũ est locus. L

In definitione loci aliam diam et ponit inter ipsum, & vas & est, quin vas est cõtinens, et mobile essentialiter, locus vero est cõtinens immobile, nisi p accidẽs. D, dixit: Et ideo, cum fuerit aliquod cõtinens intrinsecũ, quod mouetur in aliquo mobili, vt nauis, tunc continens ita habebit se apud ipsum, sicut vas, non M sicut locus, i. &, quia loc' est immobilis essentialiter, ideo quando locatum fuerit intra aliquod, & illud intra quod est, i. in quo est, mouet'et, vt nauis, quæ mouetur intra fluminẽ per motum fluminis, tunc non dicemus q̃ istud continens habet se de contento, sicut locus, sed sicut vas. Deinde dixit: Vnde necesse est vt locus sit immobilis, i. &, si hoc sit manifestum de loco, necesse est vt loc' sit immobilis essentialiter. Et ideo melius est, si dixerimus q̃ fluminẽ est

locus

A locus nauis, dicere ꝙ totum flumen
est dignius hoc, q̄ continens nauē.
qm̄ flumen ſm totū est immobile:
non.n.est mobile, niſi ſm partes.
Et ſignificat ꝙ locus nō mouetur
eſſentialiter, ſed q̄ locus est illud, ad
quod mouet̄ res, & quieſcit in eo: &,
ſi aliquid mouet̄ ad motam rē, tūc
motus eius eſſet otioſus. & hoc ap-
paret in aliis locis. Et, cum dedit
hanc differentiā, dedit definitionē,
in qua perficiuntur omnes differen
tię determinantes naturā loci, & di
xit: Vltimū igit cōtinentis, &c. & in
tēdit per vltimū ſuperficiē contē
B tem, & per primū ſuperpoſitam cor
poti primū igitur eſt dria, per quā
differt cōtinens æquale ab inæqua
li: & per hoc, ꝙ dixit īmobilis eſſen-
tialiter, diſtinguitur finis extranē à
hac natura li, ſ.q eſt ſimilis locato.

Atq; propter hoc, medium
cœli, & vltimum ad nos circula
tionis videtur eſſe, hoc qui
dē ſurſum, illud vero deorſum,
maxime oīb⁹ proprie. qm̄ illud
quidē ſemp manet, circuli aute
vltimum, ſiſt ſe halbens manet.
Quare, cū leue quidē ſit, quod
C ſurſum ferē natura, graue vero,
qd̄ deorſum, qui verſus mediū
continet terminus deorſum eſt,
et ipſum medium. qui vero ver
ſus vltimum ſurſum, & ipſum
vltimum. & propter hoc vide-
tur planum quoddā eſſe, & ve-
luti vas locus. et continens. Am
plius, ſimul cum ipſa re quodā
modo etiam locus exiſtit. ſimul
enim cum finito fines ſunt.

Et propter hoc opinatur omnes homines quod medium cœli, & vltimum motus circularis eſt lo- D
cus. hoc quidem ſuperius, hoc vero
inferius principaliter, & uere, &
hoc eſt quoniā hoc eſt ſemper per-
manens, & vltimum circuli eſt
permanens in eadem diſpoſitione.
Cum igitur leue eſt translatabile
naturaliter ad ſuperius, & graue
ad inferius, tunc inferius eſt vlti-
mum cōtinens, quod eſt verſus me
dium, & ipſum medium, & ſupe
rius eſt vltimum continens, quod
eſt verſus extremum, & ipſum E
extremū. et ideo exiſtimatur quod
locus eſt aliquod planum, & quaſi
eſt vas cōtinens. Et etiam locus, et
res ſunt ſimul. fines enim, & ſi
mum apud ipſos ſunt ſimul.

Cum poſuit ꝙ locꝰ nō mouet̄ eſ- 42
ſentialiter, dedit ſup hoc rōnem fa-
moſam, & dixit: Et propter, &c. & in
tēdit ꝙ mediū cœli, mediū mūdi, &
p vltimū motꝰ circularis, concauū
orbis lunę D.d. hoc quidē ſuperi⁹, ſ.
vltimus motus circularis motuſ or
biſ, q̄ eſt orbis lunę D.d. hoc vero
inferi⁹. & intēdit mediū mundi, qd̄ F
eſt locꝰ terrę. Et dixit principaliꝰ, &
vere. qm̄ hęc duo loca ſunt ſupius,
& inferi⁹ ſimpliciter: qd̄ nō eſt ita de lo
co aquæ & aeris. locꝰ.n. aquæ eſt in Locꝰ aquæ
ferius, ſed non ſimpliciter, & ſiſt aeris lo eſt inferi⁹,
cus eſt ſuperius, ſed nō ſimpliciter, D.d. ſed nō ſim
quia illud eſt permanens. & intēdit pliciter, &
mediū verum mūdi. D.d. & vltimū locꝰ aeris
circuli eſt permanens in eadem di- eſt ſupius,
ſpoſitione, ſ. quod non poteſt tranſ ſed nō ſim
ferri ad inferius, neq; ad ſuperius, & pliciter.
ſi mouet̄ circulariter. Et iſte ſyllo Idē. 4. cœ
giſmus eſt ex duabus affirmatiuis in ſecun li. 26.
Dubium.

G da figura, & componit ſic. Superius debet eſſe fixũ: & vltimũ circulationis eſt fixum: ergo ſuperius eſt vltimũ circulationis. Et poteſt dici ad hoc. qm̃, qa ratio eſt famoſa, nõ curat vti in hoc duab⁹ affirmatiuis in ſecũda figura. Et põt dici ad hoc etiã propoſitio maior conuertit, qñ addit̃ eſt hoc, ſ. vt fixũ ſit I maximo ſuperiori. qñ tunc ſillſ componit̃ ſic, Superius ſimpliciter eſt fixũ, qd eſt in vltimo ſuperiori: & fixũ, quod eſt in vltimo ſuperiori, eſt vltimũ in circulatiõe: ergo qd ſuperius eſt ſimpliciter, eſt vltimũ in circulatione. & ſillſ dr̃ de inferiori, ſ. qñ cũ additione ei, quod eſt vltimo inferiori, tunc conuerſio erit vera. Et quia vere ꝙ definitiones debent conuenire oĩbus ſpẽcibus rei definitæ, inccepit declarare qſio iſta definitio loci conuenit duabus ſpẽciebus loci, ſ. ſuperiori, & inferiori, & dixit: Cum igitur leue, &c. i. cum igit̃ leue transferat̃ naturaliter ſuperi⁹, & transferat̃ naturaliter ad finem continentẽ: ergo ſuperius eſt finis cõtinens. Et exiſtimat ꝙ iſta cõcluſio eſt vĩs, & in tertia figura, quod nõ oportet. Sed iſta concluſio eſt vĩs, qa minor conuertit vĩs affirmatiua. vñ ſillſ componit̃ ſic in prima figura. Superius eſt id, ad qd̃ transfertur leue naturaliter: & illud, ad qd̃ trãſfertur leue naturaliter eſt finis vltimę circulationis: ergo ſuperius eſt finis continens, qui vicinat corpori vltimo. Et ſillſ concluditur ꝙ inferius eſt finis aquæ, ſ. concauum aquæ. Et dixit: & medium. quoniã graue non quærit hũc finem, ſ. finẽ aquę, niſi ſm ꝙ eſt medium totius, non ſm ꝙ eſt finis aquæ. &, ſi non, tunc terra moueretur ad aquã, vbi eſſet finis eius: ſicut ferrum mouetur ad magnetem, vbicunq; fuerit: & hoc non ſentimus de aqua. & ſi mo de hoc erit perfecte in libro de Cœlo, & Mundo. hic. n. loquitur de loco oĩ vniuerſali oĩbus corporibus naturalibus. D.d. & ideo exiſtimatur ꝙ locus eſt, &c. & quia corpora trãſeuntur naturaliter ad vltima. Cad ſu perficies continẽtes ipſa, & quælibet in eis ſecundum conuenientiam, & ſimilitudinem, neceſſe eſt vt locꝰ ſit vltimus: & quaſi eſt vas continens, nõ inane, quod eſt inter vltima. nõ enim eſt conuenientia inter inane, & corpus, neque in eo ſunt differentiæ, quibus diuidatur in ſuperi⁹, & inferius. D.d. & etiam locus, &c. & forte intendit, quoniam locus, & locatũ ſunt relatiua, et relatiua ſunt inſimul, & cum alterum aufertur, aufertur & reliquum. & hoc nõ inuenitur, niſi in loco, qui ẽ finis ſuus tm̃. bfinis. n. non inuenit, niſi qñ inuenitur illud, cuius eſt finis, & deficiet per ſuũ defectum. &, ſi locꝰ eſſet inane, non eſſet neceſſarium in ſuo eſſe locatum eſſe: & tunc inueniret̃ locus ſine locato. Et forte inducit per hoc rationem, qua declarat ꝙ locus debet eſſe permanens cũ permanentia corporis in eo.

Sollo prima. Sollo ſecũda. Quãdo ꝙ põ maior conuertit̃, poſſumus arguere ex ambabus affirmatiuis in 2 figura. Idẽ ſupra cõ. 31. Idẽ. 2. phyſi. 23.

Dubium. Soluitio.

I

H

M

Quod definitio aſſignata conuenit cum ſuis corporibus ſimplicibus mobilibus. Ca. 9.

CVi igit̃ corpori eſt aliqd corpus extra, cõtinens ip ſum, hoc I loco ẽ: cui vero nõ, minime. quocirca ẽt, ſi aqua fuerit hmõi, partes qdẽ mouebunt̃ ipſi⁹. cõtinẽt̃. n. a ſe inuicẽ. totũ aũt eſt qdẽ vt mouebit̃, eſt vero vt non. vt. n. totũ ſimul lo cũ nõ mutat, circulariter ãt mouebit̃ (partiũ. n. hic locꝰ ẽ) & ſur ſum

A sum quidē, & deorsum nō.circulariter autē nonnulla, alia vero sursum, & deorsum, quæcunque habent densitatem, & raritatem.

Dicamus nūc igitur, quòd quodlibet corpus, extra quod est aliud corpus, quod continet ipsum, illud corpus est in loco, et quodlibet corpus, extra quod non est aliud corpus, non est in loco. et ideo, si posuerimus aquam esse hmōi, tunc par
B *tes eius essent mobiles. quædam.n. essent continentes quædam. ipsa vero secūdum totum quodammodo est mobilis, & quodammodo immobilis. quoniam secundum quod est totum, non transmutat insimul locum, & alio modo monetur circulariter: iste.n.locus, est locus partium: et quædam moventur superius, & quædam inferius, non circulariter, & quæ-*
C *dam superius, & inferius, & est omne, quod habet densitatem, & raritatem.*

4) Cum declarauit, ꝙ locus est primum continens, & declarauit prius ꝙ nō oē corpus est cōtentum: qm̄, si ita esset, tūc infinitū esset in actu: sequitur ex istis duobus vt nō sit omne corpus sm̄ totū in loco essentialiter, sed illud, extra qđ est corpus: illud aūt, extra quod non est corpus, non est sm̄ totum in loco essentialiter. & ista est dispositio totius, scilicet ꝙ non est in loco essentialiter, est nihil sit extra ipsum. & ideo dixit: Dicamus nunc igitur, &c. D. incœpit declarare quid sequit̄ ex hac positione, s. ꝙ oē, extra qđ nihil est, non est in loco sm̄ totū, & dixit: & iō, si posuerimus eorum, &c. t. & pp hoc, si posuerimus totū esse aquā, tunc aqua non esset in loco sm̄ totum, & esset immobilis sm̄ totū, & tunc partes eius necessario moueren̄t in loco, cū essent cōtinuę. & iō partes mundi possunt moueri modis tribus motuū, s. qm̄ quędā partes mouent̄ circulariter, & quędam superius: & est oē, in quo est raritas, vt aer, & ignis: & quędam infimus: & est omne, in quo densitas est, vt aqua, & terra. Ergo diſpō I toto manifestū est, & non accidit in ea qō. & sīt non accidit qō in sphæris cōtentis de numero sphærarum cœlestium. sphęra aūt octaua nō contēta, si nō accidit ei motus, ꝓprius, & totus orbis, qui mouet̄ motu diurno, accidit in eo magna ḋsīo. qm̄ manifestū est ipsum mouerī: &, cū oē motū sit in loco, necesse est vt totus orbis sit in loco. ergo sumus inter duo, aut ponere ꝙ aliquod motum non est in loco, aut ponere ꝙ locus est inane, & dimensio. Ioānes vero pp hoc obedit huic, s. locū oē, & dimensionē, & vacuū, nō finem continentē, vt dicit Arist. licet apud ipsum non possit inane separari à corpore. qm̄ dicētes vacuū esse, sunt bipartiti. alij. n. dicunt ipsum separari à corporibus, & alij non, quorū est Ioānes grāmaticus. Et Arist. dicit, cū hoc post, qđ cœlū, & astra sunt in loco ꝑ accidēs. & in hoc dubitauerūt oēs expositores. Themist. vero dicit rndēdo ꝙ corp⁹ cœleste nō est I loco sm̄ totū, sed sm̄ ptes, s. sm̄ orbes,

D

Digressio vtrū octaua sphęra sit I loco.

E

F

Op. Ioānis grāmatici improbatio pcia.

Secta rō. infra. te. e. 41.

Op. Themistij, & ēt reqras. 6. phy cō. 54. &. 8. ph. c. 67.

Orbes, quos continet mamus orbis, sicut est dispositio in toto mundo. fingit. n. q̄ causa in hoc est, quīa corpus cœleste non ē mobile f̄m totum, sed f̄m partes, & apud ipsum partes cœli sunt in loco, quia continent suas partes, sed quia corpus altissimum. v. g. orbis stellarum hrarū non continet ab aliquo, concessit q̄ hoc corpus est in loco p̄p̄ suas partes intrinsecas tūs, s. quæ sunt in concauo eius. istę. n. partes mouentur circa conuexū, s. cōuexū corporis, circa q̄d reuoluunt, quasi circūdet ipsas, licet sit intra. Et hoc idem contingit toti orbi, q̄n mouet̄ motu diurno, s. q̄ est in loco f̄m partes quę sunt in concauo eius: si dicerimus q̄ motus stellati est alt̄ª motu orbis. ergo melius est dicere q̄ totū corpus cœleste est i loco, sicut dicimus in corpore vltimo, s. f̄m partes, q̄ sunt in concauo. aut dicamus ipsum esse in loco vtroq; modo, s. quia partes eius sunt in loco p̄ter vltimū, & quia partes cōcaui sunt i loco, si posuerimus q̄ motus diurnus est totius orbis essentialiter, & nō stellati. & hoc ē necesse f̄m sciētiā naturalē. Et i hoc, q̄d dixit Themistius, sunt q̄nes nō modicę. q̄n quō dicit sphæra moueri f̄m oēs partes, & non mouet̄ secundū totū: & totū nihil aliud ē q̄ partes. Et ēt videmus Arist. in vltio sexti, q̄n loquitur de q̄one Zenonis de motu sphęrico, ponere sphæram moueri secundū totū, & secundū partes, & q̄ secūdū totū mutat loca diuersa secūdū formā tm̄: secūdū aūt partes, secūdū formā & subiectū, vt i illo declarabit̄. nihil est igit̄ hoc, q̄d dicit Themist. q̄ cā in hoc, q̄ sphęra nō est in loco simpłi, est, quia mouetur secundū partes, non secundū totū. K

Si igitur aliquis diceret q̄ hęc est intentio Arist. cū dixit secundū quid est totum, &c. Dicemus ad hoc q̄, cū dixit secundū. n. q̄ est totum, non transmutat locū, non intendit corp⁹ q̄d mouet̄ circulariter, sed intendit totū mundū. & cum dixit & alio mō mouet̄ circulariter, intendit q̄ toti attribuit̄ mot⁹ circularis p̄p̄ quasdā partes, s. corpora cœlestia, sicut attribuit̄ ei rectus motus ꝑ accs motū elementorū, q̄æ sunt ei cuędam partes eius. D. d. iste. n. locus est locus partiū, i. locus eius, q̄d mouet̄ circulariter, cum illud, q̄d mouetur circulariter est pars totius. locus. n. simpłi corporis, q̄d mouetur circulariter, est locus eius partium. sicut vidimus Themistium intelligere ea verbis Arist. Et ēt secundū expōne Themistū, cū Arist. dicit q̄ cœlum est in loco p̄ accidens, intendit q̄ alterū cœlorum est in loco, scilicet & illud, q̄d apud Arist. attribuitur alicui p̄p̄ suam partē, est aliud ab eo, q̄d attribuitur alicui per accidēs. & nō oibus expōitoribus. vt dicit Themistius, d. licet vt cœlum sit in loco per accidens, & dicunt ipsum esse in loco secundū partes. Themist. vero dicit q̄ Arist. vtitur hic illo, quę p̄ accidens, large, de eo, q̄d est commune ad accns, & ad prę. & hoc debemus dicere, si nō inuenimus aliquē modū verū, secundū quē dicerēmus cœlū ēē in loco p̄ accidēs, oēs igit̄ hoīes, vt apparet de eis, nō potuerunt intelligere verba Aristotelis. Auempace vero tanti viri in hoc loco sic. q̄n sphæra, secundū q̄ est sphæra, nō est in loco, quia aliquid extrinsecum continet illā, & q̄ hoc proprium est corpori recto, nō corpori

Pria rō eōuaThem.

H

cda rō. Totū mI

Inl aliꝰ ē q̄ partes. idē. 1. ph. c. 6. 17. 6. ph. t. c. 85

A poti rotundo, & locus sphæræ qui
fingitur ab isto, secundū ꝙ est sphę
ra, est conuexum centri, circa qđ re
uoluitur . quasi igit locus eius est
superficies cōuexa, qđ cōtinet sphę
rā. Et mirtur dicere ꝙ definitio, quā
induxit Arist. in loco, qm est conti-
nēs diuisum à re, debet intelligi in
corporibus rectis ab extrinseco, & i
rotūdis ex intrinseco. Et dicit ꝙ cau-
sa in hoc est, qm corpus rotundū fi
nitur p se, & corpus rectarum dimē
sionū finitur per aliud. & ideo cor-
pora recta, sc. elementa indigēt in hoc,
B ꝙ finantur corpore rotundo: rotū-
dū vero non indiget corpore extrin
seco. & causa in hoc est, qm linea
rotunda est pfecta, & nō pōt recipe
ne additionē, aut diminutionē: li-
nea vero recta est diminuta . Et se-
cundū hoc sphęra erit in loco sim-
pliciter, & essentialiter, sicut erunt
corpora recta, & oēs sphęra sphęra-
rū cœlestium, qnā cōtinet alia sphę
ra, habebit hoc p accidens: & secū-
dū hoc oē corpus simplr erit i loco
essentialiter . Et vī mihi ꝙ hoc, qđ
narrant Auēpace, é opinio Alfara-
bij. Alfarabius. n. é, qui posuit se cō
C tradicentē cōmibus Ioannis. & vna
illarū quæstionū est ista, quę inue-
nitur in libris nostris, sicut inuenię
ex verbis Auēpace, & nō incidit in
manus nostras. Et, cū ita sit hoc, qđ
dicit Arist. ꝙ oē corpus, extra qđ ni-
hil est, nō est in loco, & ꝙ oē corpus
extra qđ est aliquid, est in loco, é fal
sum. Apparet. n. ex sermone eius in
hoc loco, ꝙ corpora naturalia apud
ipsum sunt tribus modis. est n. mo
dus, qui est in loco cōtinualiter, s. cor
pora recta, & modus, qui est in loco
p accidens, & hoc est corpora rotū-
da, & modus, qui est in loco pp suas
partes, & hoc est totus mūdus, s. cor
pus compositū ex corporibus sim-
plicibus quinq.. & totū hoc mani-
festum est ex suis verbis. Nos autē reuertamur, & dicam°, qm, cum sit notū per se ꝙ locus, secundū ꝙ est locus, est æqualis locato, manifestū est ꝙ superficies cōuexi centri sphę rę non est locus simplr. non. n. est æqualis, nisi superficiei cōcauæ, nō oībus supficiebus sphæræ: & locus est æqualis locato, quia oēs supficies eius sunt æquales oībus superficiebus locati. æqualitas. n. dr duobus modis. dī. n. secundū continentiā, & secundū hoc dr ꝙ circulus est æqualis figurę rectorum laterū: & dr hoc, qn duo æqualia habent mensurā cōem, qua mensurentur: & secū dū hoc dr corpus esse æquale corpo ri, & supficies supficiei: & ista æqualitas nō est vera de loco, nisi imane esset. æqualitas igit propria loco é, æqualitas secundū continentiā. ex hoc igit apparet manifesta ꝙ sphæ ra, secundū ꝙ est sphæra, nō est i lo co simplr, nisi accidat ei hoc, sicut accidit sphæris cœlestibus, quas cō tinet alia sphęra extrinseca. Et hoc apparet ēt ex hoc. qm primū notū est de loco, ꝙ collatio rei ad ipsum est sicut collatio † [contenti ad continens:] sicut dicimus ꝙ aqua in cypho non est sicut collatio totius ad partem, sed dicere sphęram esse in centro est sicut dicere totum esse in parte, non sicut dicere aquam esse in vase. & ideo, si conuexū centri dicatur esse continens sphęram, & illud extrinsecum dicatur esse cō tinens, erit secundum æquiuocationē, quia in altero sunt verę proprietates loci. est enim continens, &

Aver. solu. & ternā ꝙ proba uo.

D

E

A Equalitas dr duobus modis.

F

Quarta.

† a. l. continens ad continens.

● & æquale, & res eſt in eo ſicut aqua in cypho. hoc igit totũ demonſtrat veritatem opinionis Ariſt. & falſitatẽ eius, quod intendit Auempace, & qđ impoſſibile eſt exponere verba Ariſt. ita ꝙ definitio, quam induxit de loco, ſit cõis corpori ſimplici, & rotundo. Nos autẽ dicamus, qm̃, cũ ſit fixũ ſm totũ, neceſſe eſt vt hoc mõ ſit queſcens. &, quia quies eſt ei pp quietem cẽtri, qđ eſt in terra, & quies eſt, quia ẽ in loco eſſentialiter, ideo dr cœlum eſſe in eodem loco, & non tranſmutatur ab eo p accidens, i. quia cẽtrũ eius eſt in loco eſſentialiter. & hæc eſt intentio ſermonis Ariſt. dicentis, ꝙ cœlũ eſt in loco per accidẽs. Verum vero dicatur moueri I eodẽ loco, in quo ẽ p accidens, cũ nihil ſit extra ipſum ſm partes, aut ſm totum declarabitur, cum Ariſt. declarauerit ipſum moueri ſm totum, & mutare locũ, in quo eſt per accidẽs, I forma eius, non in materia. eſt igitur motũ, & queſcens in ſuo loco per accidẽs, ſ. pp centrum, qđ eſt in loco eſſentialiter. oẽ. n. quod inuenit in aliquo p accidens, inuenitur in eo, pp aliquđ, habens illud per ſe. & hęc eſt intẽtio eius, cũ dixit de aqua, & de quolibet corpore continente. ipſum vero ſm totũ quodammodo eſt mobile, &c. & ſm hoc erit opinio Ariſt. ꝙ oẽ corpus eſt in loco, & ꝙ oẽ motũ eſt in loco. ſed iſtorũ quoddam eſt in loco per accidens, & quoddã eſt in loco per ſe. & ſm hoc diuidit motũ. qm̃ aliud mouebitur in loco eſſentialiter, & aliud mouebit in loco per accidẽs. apparet igit ex hoc, ꝙ omne corpus attribuitur loco in motu, & quiete, aut per ſe, aut p accidens, & ꝙ nullum corpus eſt, qđ non eſt in loco, ſicut Alex. intendebat in expoſitiõe loci huius, vt poſt videbitur. Et apparet ex hoc ꝙ corpora attribuunt loco tribus modis, p ſe, & per accidẽs, & ſm partẽ. vt intendebat Ariſt. & ꝙ oẽs expoſitores non potuerunt attingere hanc expoſitionẽ, & ꝙ Auẽpace dimiſit ſet monem Ariſt. & errauit multũ. Sed quærẽt ſuper hoc, ſi corpus cœleſte eſt in loco per accidens, ergo mouetur per accidens. declarabitur. n. in hoc lib. ꝙ eſt primũ mobilium ſimpliciter. & ſic illud, qđ eſt per accidens, erit prius illo, quod eſt per ſe. Ad hoc autem dicendũ eſt ꝙ illa, ꝙ L mouent p ſe, indigẽt aliquo quieſcente, circa qđ mouentẽ, vt declarat Ariſto. in lib. de Motibus animaliũ localibus: & hoc queſcẽs forte erit locus per ſe, qm̃ non fuerit continẽs rem motã, & forte erit locus per accidens, qm̃ non fuerit continẽs rem motam in oſibus parvibus, ſicut eſt diſpoſitio I corporibus cœleſtibus. ergo locũ eſt per ſe nõ eſt de neceſſitate eſſendi rẽ motã per ſe, ſed dignitas eſt vt ſit de neceſſitate eſſendi rem queſcẽtẽ naturaliter. queſcens. n. queſcit propter ſimilitudinem continentis, & mouetur pp vnionẽ ſimilitudinis inter ipſum, & continens: & hoc erit, qm̃ mouetur in continente. & ideo cẽ motus eius, qđ mouetur in continente, eſt extra naturã, & eſt rem motam eẽ extra ſuum vbi naturale. & hęc eſt diſpoſitio corporũ ſimpliciũ, q̃ mouentur motu locali, ſ. quatuor elementorũ. qđ autem mouetur non in continente, ſed circa queſcẽs aliquod tm̃, eſt illud, cuius motus nõ eſt per accidens extrinſecus à natura: & hæc eſt diſpõ corporis rotundi.

Opio propria.

Oẽ, qđ mouẽ in alio.

I quo p accẽs, formal ſ oppo alio qđ habz illđ p ſe cõtẽ tẽra. c. 67. & c. 1. cer. t. c. 14 & 61.

Quidam

Quidam M

illud ad

continẽs

& mouẽ

ps pro

mouẽtis

tis ſi

terminẽ

cõtinẽs

& mouẽs

qđ mouẽ

i cõtinẽte

Et idem

ſha c. 69.

in hoc li

vid. t. c.

A di. & hoc, qđ accidit quibuſdã corporibus cœleſtibus, ſ. quia ſunt ī loco, quia cõtinentur ab aliis, eſt ꝙ ac cidens. ſm hoc igitur eſt intelligendus iſte locus, vt mihi vt. Alex. vero opinatur ꝙ ſphæra ſtellarum fixarum non eſt in loco, & dicit hãc eſ opinionẽ Ari. dicit. n. ꝙ nõ ẽ ī loco, niſi eo mõ, quo mouet & ñ mouet ꝙ ſe, neq; per accẽs, neq; ſm partes, aut totum, ergo non eſt in loco. & verificat ipſam non moueri per ſe, quia impoſſibile eſt vt moueat ſm totum, aut ſm partes. ſm totũ quidem. qm̃ non mutat locum: ſm autem partes, quia non ſunt diuiſæ à toto, & quia totum ẽt eſt quieſcẽs. & ſimiliter dicit ꝙ non mouetur p accidens. illud. n. qđ mouetur p accidens, non mouetur ſm partes per accidens, niſi quia motus totius eſt per ſe. & ſimiliter non eſt in actu, quia nõ ſunt diſtinctę, neq; in potentia, quia nunquã diſtinguẽtur, & pp hoc dicit præciſe ꝙ motus circularis non eſt in loco, & ꝙ non eſt translatio, & dicit ꝙ non eſt impoſſibile corpus eſſe non in loco. locus .n nõ eſt corporis eſſentia habet, qm̃ non accipitur in definitione corporis, neq; corpus in definitione loci.

G dimensiones penetrari, ſ. vacui, & corporis, &, ſi poſuerint ipſum ſicut foramina vacua, continget eis dimenſiones eſſe exiſtétes per ſe. Vt igitur q̄ cum dixit, Si igitur nō fuit exiſtens per ſe, &c. intendebat, ſi igitur non poſuerint ipſum exiſtés per ſe, ſed mixtum omnino, tūc ſermo erit eorū magis ſufficiens: quia tunc non continget eis dimenſionē eſſe ſeparatam. Et forte intendit etiam q̄ dicere vacuum eſſe foramina vacua in corpore vacuo, & quod eſt nō ſeparatū, eſt min⁹ impoſſibile, q̄ dicere vacuū eſſe ſeparatū. qa illi ſermoni cōtingūt multa impoſſibilia ex motu in loco, iſti aūt ſermoni non contingunt illa impoſſibilia: vnde videtur minus impoſſibile. & ideo poſt induxit inopinabile proprium huic, & dixit: Sed contingit eis, &c. i. & dicentes vacuum eſſe nō ſeparatum a corporibus, nō dāt ex eo cauſam cuiuslibet mot⁹, ſed motus leuis tantum. iſti. n. dicunt q̄ leue eſt illud, in quo eſt multum vacuum, & q̄ cauſa leuitatis ei⁹ eſt vacuum. Et, cū dixit quod iſti dicūt q̄ vacuum eſt cauſa mot⁹ leuis tm, & q̄ primo contingit eis q̄ hoc, q̄ I dicunt de vacuo, non eſt cōe omni motui. Deinde (dixit) continget, &c. i. & contingit iſtis, vt vacuum non ſit cauſa motus, ita, q̄ ſit loc⁹, vt opinabantur habētes primam opinionem · ſed vacuum eſt cauſa motus, ita, q̄ eſt motor, ſicut vtres mouent rem ligatam cum eis ad ſuperius, & ſimiliter vacuum mixtū cum corpore leui mouet ipſum ad ſuperi⁹. D. induxit inopinabile, & impoſſibile, quod ſequitur hunc ſermonē, & dixit: Sed quomodo eſt poſſibile, &c. i. & contingit huic ſermoni vt vacuum moueatur per ſe ad ſupe- K rius, quando mouet aliquod corp⁹ omne. n. quod mouet aliud per attrachionem, neceſſe eſt vt moueat ad locum, ad quem attrahit ipſum quod eſt inopinabile & maxime dixerimus q̄ vacuū eſt loc⁹, non eſt corpus. qui tunc continget vt locus transferatur, & indigeat eo. & hoc intēdebat, cum dixit: Sed quomodo locus, aut vacuum habebit translationem? ſed quo eſt poſſibile vt vacuum habeat translationem, aut locus, ſi poſuerimus quod vacuum eſt locus, vt ponunt dicentes vacuum eſſe. L

Priꝰ expō.

Secūda expoſitio.

H

Amplius autē quomodo in graui aſsignabit terri deorsū? Et inſuper manifeſtum eſt q̄, ſi quanto rarius, & magis vacuū fuerit, ſurſum ferei, ſi omnino ſit vacuum, velociſsime vtique feretur. Fortaſſe autē & hoc impoſsibile eſt moueri. ratio autē eadem. quoniā, vt & in vacuo ſmobilia ſunt omnia, ſic & vacuum q̄ immobile. incomparabiles enim ſunt velocitates.

Et etiam per quid ratiocinantur in deſcenſu grauia ad inferius. Et manifeſtum eſt etiam, ſi quis magis res fuerit rara, & vacua, tanto magis attrahitur ad inferius, quod quando fuerit vacuum perfectum, tunc motus eius erit valde velocius. Impoſsibile eſt igitur vt ſit impoſsibile ut moueatur. & eadem eſt ratiocinatio in hoc, quod omnia non habent motum in vacuo, & in hoc quod vacuum non M

mouetur

A mouetur. quoniam inter quantitates velocitatis non est comparatio.

8: Et cõtingit iſtis hoc. qm̃,cum dicerent ꝙ cauſa leuitatis ẽ vacuum, nõ poſſunt dicere quę ſit cauſa grauitatis.qm̃,ſi dixerint ipſum eẽ plenum, contingit vt non inueniatur graue ſimpli, neq; leue ſimpliciter, ſed grauius,& leuius, vt dictũ eſt in quarto cęli,& Mũdi. illic.n.cõtradictũ eſt iſtis perfecte. D. induxit etiam aliud inopinabile,& dixit: Et manifeſtum eſt etiã,&c.i.qm̃, ſi tantum eſt illud,quod penetrat vacuũ, & vacuum eſt cauſa motus ad ſuperius:manifeſtum eſt,ꝙ quanto corpus fuerit magis tarum, tanto magis mouebitur velocius ad ſuperi°: quia erit maioris vacuitatis: contingit igit neceſſario, cum aliqua duo mõta ex iſtis fuerint diuerſa in velocitate,& tarditate,vt proportio motus alteri° ad motũ reliqui ſit, ſicut proportio raritatis ad raritatem. cũ igitur imaginati fuerim° vacuum mouẽri, tunc illic non erit proportio.vnde neceſſe eſt vt motus ei° ſit indiuiſibilis,& in tempore indiuiſibili. Et ideo dixit: Dignius eſt igit vt ſit impoſſibile vt moueatur, i.vacuum: quia ſequitur vt motus eius ſit non in tempore. &, ſi non fuerit conceſſum nobis ꝙ mot° vacui eſt non in tempore,probabimus ꝙ poſſibile eſt inueniri aliquod motũ,cõpoſitum ex vacuo, & pleno, qđ pertranſit cum ſolo vacuo idem ſpatiũ in eodem tempore. quod eſt valde inopinabile. Et vniuerſaliter impoſſibile, quod contingit iſtis,eſt ſimile impoſſibili contingenti dicẽtibus vacuum eſſe cauſam mot° ſimpliciter.& ideo dixit: & ratiocinatio eſt eadem,&c.i. & impoſſibile contingens dicẽtibus vacuum eſſe cauſam tranſlationis ad ſuperi° eſt ſimpoſſibili, quod contingit dicentibus vacuũ eſſe cauſam motus in loco.nõ eſt.n.comparatio inter id, qđ mouetur in vacuo ſolo, & illud, qđ mouetur in pleno,apud dicentes vacuum eſſe cauſam tranſlationis ad ſuperi°,ita,ꝙ eſt vbi, nec inter illud, quod mouetur, cui admiſcetur vacuum,& ipſum vacuum, apud dicẽtes vacuum eſſe cauſam tranſlationis ad ſuperius,ita,ꝙ eſt motor pleni.&, cum contingit iſtis duob° ſermonibus vt inter velocitates nõ ſit proportio,& ꝙ vacuum mouẽ non in tempore,contingent hæ duæ demonſtrationes ſimiles,quæ contingunt illis, ſ. demonſtrationi inducẽti ad hoc,quod motus ſit non in tẽpore, & demonſtrationi inducenti ad hoc, ꝙ idem motum moueat in vacuo,& pleno,eodem ſpatio, & in eodem tempore.contingit.n.iſtis ꝙ plenum, & vacuũ moueantur eodẽ ſpatio,in eodem tempore. Hę igit duæ rationes, ſicut dixit, ſunt eædẽ ſm ſimilitudinem,& terminus medius in eis eſt idem ſm genus.

Quod non abſque ratione dubitent ponentes Vacuum eſſe, earumque dubitationum ſolutio. Cap. 6.

QVoniam autem vacuũ quidem non dicim° eſſe,alia vero dubitata ſunt vere, aut motus nõ erit, ſi non erit dẽſitas, & raritas,aut fluctuabit cœlum, aut ſemper æqualis aqua ex aere erit,& aer ex aqua. manifeſtũ.n.eſt quòd plus aeris ex aqua fit. Neceſſe eſt igitur, ſi non eſt conſtrictio,

G aut expulsum attiguum, vt vltimum fluctuet facere, aut alicubi alibi æquale mutari ex aere in aquam, vt tota moles totius æqualis sit, aut nihil moueri. semp. n. re mutata hoc accidet, nisi circulariter moueatur. non autem semper fit in circulum loci mutatio, sed & in rectum. hi igitur propter hæc vacuum alii quid esse dicerent.

Et nos etiam, si non dicimus ea cuum esse, tamen dicimus quod illa, in quibus dubitatur de illo sunt dubitanda. rectum enim fuit dictū quod, si non fuerit densitas, & raritas nō erit motus, aut cælum expelletur, aut semper erit æqualis generatio aquæ ex aere, & aeris ex aqua. sed manifestum est quod sit aer maioris quantitatis. vnde necesse est, si non fuerit hic aliqua constrictio, ut continua expellatur: & sic accidit postremo eorum, ad quem perueniet hoc, quasi in motu

I *suffocari, aut in aliquo alio loco trāsmutatur aqua æqualiter ex aere, sta vt corpus vniuersi sit æquale, aut vt nihil moueatur. hoc enim sequitur, si semper transferatur, nisi transferatur circulariter. sed motus non semper circularis est, sed quandoque rectus. per ista igitur dixerunt isti vacuum esse.*

H *la, in quibus dubitatur de illo sunt dubitanda. rectum enim fuit dictū*

8 Cum destruxit vacuum esse, incœpit dissoluere quæstiones accidē tes in hoc, & dixit: Et nos etiam, si non dicimus, & c. l. & nos, si non dicimus vacuum esse, tñ concedimus q illæ quæstiones, quæ induxerant illos ad dicēdum vacuum esse, sunt quæstiones, in quibus debet homo dubitare, & quas homo debet dissoluere. D. d. rectum. n. & c. verum n. est hoc, quod dicetur, q. h densitas, & raritas nō fuerint, sequit aut vt motus translationis rectus non sit, aut si fuerit, expellet vniuersum & similiter etiam sequitur, aut vt generatio nō sit, aut eorum expelletur, aut vt generatio sit in elementis æqualiter in eodem tempore, sequit in alia qua hora generatur ex vncia aquæ I aer I aliquo loco, oportet vt illa hora generetur ex aere vncia aquæ in loco alio. D. incepit declarare quo sequitur, si non fuerit densitas, & gnatio non fuerit æqualiter, aut vt vniuersum expelletur, aut vt nō sit hic motus gnationis, scq. translationis rectus omnino, & dixit: sed manifestum est, &c. i. & hoc est necesse. si non fuerit densitas, vt non sit hic generatio, nisi æqualiter, aut vt vniuersum expellatur. qm manifestū est, cum aer generatur ex aliqua quantitate aquæ, q erit maioris quantitatis aqua: & sic indiget necessario M maiori loco, q̄ sit locus aquæ, ex qua generatur. &, cū ita sit, & corpus continens aquam corruptā non potest constringi, ita, q locū impleatur aeris generati, necesse est vt illud corpus, quod continet aquā, & cōtinuatur cum ea, expellat, donec euacuet locum æqualem aeri. &, cū hoc corpus expellatur, continget ei vt expellat aliud, & illud aliud, & sic procederetur, si non fuerit densitas, donec motus perueniat ad rotum corpus continens: & sic accidit ei inundari,

& flu-

A & fluctuari. &, si hoc non acciderit, continget, qñ ex aere generat aqua in aliquo loco, vt in illa hora generet aer ex aqua tquali illi acti i alio loco, ita, ꝙ quantũ corpus continẽs aquã expellitur apud generationẽ aeris ex aqua, vt euacuet locũ, tantum constringetur corpus cõtinẽs aerẽ ab aqua, ex qua generatur: & sic quantũ corpus cõtinens illic euacuat ex illo, tñ occupat hoc ex hoc loco: & sic non continget inũdatio vniuersi, sed mor⁹ peruenit ad hũc locum vacuum, s. quem aer euacuauit, qñ ex eo generabatur aqua. D.

B dixit ita, ꝙ totum corpus vniuersi sit æquale, i. qñ non accidit inundatio, neq; additio i corpore vniuersi. qñ quantum additur in aliquo loco, tñ diminuit in alio: & sic vniuersum remanebit in eadẽ dispõne

D dixit: aut vt nihil moueatur, i. & cũ fuerit impossibile vniuersum mundari, & non concesserimus eũã ꝙ gñatio est insimul æqualis in eadem hora, sequitur ex hoc vt nõ sit translatio, neq; generatio omnino. Deinde incœpit declarare qũo sequitur hoc in trãslato, & dixit: hoc enim sequitur, &c. i. qñ motũ trãs-

C lationis auferri ex ablatione densitatis sequitur, si posuerimus ꝙ trãslatum expellit quod vicinatur ei, & illud expulsum eũã expellit aliud, & sic semper. qñ ex hoc sequit⁹ vt totum inũdetur, nisi aliquis ponat ꝙ omnis trãslatio est circularis. sed est manifestum per se, ꝙ non omnis translatio est circularis, cum sit hic translatio recta.

Nos autem dicimus ex suppositis, ꝙ est materia vna cõtrariorum, calidi, & frigidi, & aliarum naturaliũ contrarietatũ, et ex eo, quod potẽtia est id, qđ est D actu, fit. & nõ separabilis quidẽ est materia, ipso aũt esse diuersa est. & vna ẽ numero, si forte fuerit coloris, & caliditatis, & frigiditatis. Est autẽ & corporis materia, & magni, & parui eadem. manifestũ aũt est. cũ. n. ex aqua factus est aer, eadẽ materia non insup accipiẽs aliquid aliud facta est, sed qđ erat potentia actu facta est: atq; rursus aqua ex aere fit, aliqñ quidẽ in magnitudinẽ ex paruitate, aliqñ vero in paruitatẽ ex magnitudine. fit E igit si & aer, multus existens, in minori fiat mole, & ex minori maior, potẽtia existens fit materia vtraq;. V r. n. ex frigido fit calidũ, & ex calido frigidũ, eadẽ, quia erat potentia, sic & ex calido magis calidũ, nullo facto in materia calido, quod nõ erat calidum, qñ minus erat calidum. Sicut neq; maioris circuli circũferentia. & curuitas, si fiat minoris circuli, eadẽ cũ sit, aut alia, in nullo facta est curuitas, qđ erat F nõ curuũ, sed rectũ. nõ. n. ex eo, qa intermittit, ipsum min⁹, aut magis ẽ. neq; est accipere flãmæ magnitudinẽ aliquã, in qua & albedo, et caliditas nõ fiat. sic igitur & prior calor posteriori. q̃re & magnitudo, & paruitas sẽsibilis molis, nõ fiũt accipiẽte aliqd materia, extẽdit, sed qa potẽtia ẽ materia vtriusq;. q̃re ẽ idẽ densum, & rarũ, & vna materia ipsorũ est. est aũt ipsum quidẽ dẽsum graue, rarũ autem leue.

G Nos autem dicamus ſecundum fundamenta poſita à nobis, quod contraria habent eãdem materiam, ſcilicet calidum, & frigidum, & alia contraria naturalia, et quod generatio eſt ex illo, quod eſt in potentia, ad illud, quod eſt in actu, et quod materia non eſt ſeparata, ſed quiditas eius eſt aliud, & eſt eadem in numero, ſolum, v.g. & caliditate, & frigiditate, et corpus etiam magnum, & parvum habet eandem materiam. Et ſignum eius eſt hoc, quod narrabo. quoniã, cum ex aqua fit aer, tunc eadem materia non recipit additionem alterius, ſed illud, quod eſt in potentia fit in actu: & ſimiliter generatur ãqua ex aere, & ſic tranſfertur quandoq; de parvitate in magnitudinem, et quandoq; de magnitudine in parvitatem. & eodem modo etiam ipſe aer quandoq; fit in minori corpore, quando q; in materiam. qua eſt in potẽtia, fit vtruna. Quemadmodum ipſa eadem tranſferetur de calido in frigidum, & de frigido in calidum, quia erat in potentia, ſic etiam venit de caliditate in magnum calidum, abſq; eo, quod in ea fiat aliquod calidum, quod ante nõ erat: aqua enim erat minoris caliditatis. Quemadmodum, ſi incurvauerius arcum circuli maximi, quouſq; ipſe fiat idem, nõ alius circuli par- K
ui, non erit illic aliquid, in quo ſiet incurvatio, quod ante non fuit: curvum, ſed rectum. quoniam minus ex maiori non eſt exentia: nec poteſt inueniri ex flamma alia quantitas, in qua non eſt caliditas, aut albedo. & ſimiliter eſt de caliditate, qua eſt ante calidum. & caliditate, qua eſt in poſtremo: magnitudo igitur, & parvitas corporis ſenſibilis non eſt, quia materia recipit additionem, & exuitatur, ſed quia materia eſt vtruna in potentia. ergo neceſſe eſt vt densum ſum, & rarum ſint idem, & materia eorum eadem. et densum eſt grave, & rarum eſt leve. L

Cum induxit quæſtiones, quę ſa- 14
ciunt dicentes vacuum eſſe concedere hoc, & tam deſtruxit naturalia cui, incepit hic diſſoluere quæſtionem dicentem, impoſſibile eſſe tarum, aut denſum eſſe: tunc vacuo declarãdo q; hæc eſt alia cauſa rari, & denſi a vacuo. & incepit preponere M ad hoc, quod vult dicere, propoſitiones declaratas in Primo iſtius libri, & dixit: Nos autem dicamus, &c. nos autẽ preponamus ad hoc, quod volumus dicere de natura rari, & denſi, fundamenta, quę iam declaratum, quorum Primum eſt, q; omnia contraria. v.g. calidum, & frigidum, & alia contraria habent eandem materiam recipiẽtem illa alternatim. Secundũ autem eſt, q; generatum eſt aliquod inuentum in actu ex illo, ex eo, q; eſt in potẽtia, nõ in actu.

A & interuio illius est, qñ calidū ge-
neratum est calidum in actu ex ca-
lido in potentia,non actu & hoc in
tēdebat,cū dixit: & q generatio,&c.
cuius ignatio est trāsmutatio ex eo,
quod est aliquid in potētia, in hoc,
quod fit illud in actu. Tertium ve-
ro est,quod materia non separat ab
alterū contrariorum,cū hoc,q̄ qui-
ditas eius est aliud a quiditate con-
trariorum.Quartum autē est,quod
est idem in numero subiectū albi,
& nigri,& calidi,& frigidi,s.qñ quā
doq; recipit calidū, & qñq; frigidū.

Et cum posuit has propositiones,
B a & est manifestum,q rarū,& den-
sum sunt cōtraria in quantitate, cū
translatio corporis de raritate in dē
sitatē est translatio de maiori quan
titate in minorē,& econuerso,sequi
tur ex hoc vt materia densi, & rari
sit eadem,& q idem corpus trāsfera
tur de minori corpore in maius,nō
ab aliqua quantitate in actu aduc-
mēte ex qua fit maius: sed fit ma
ius ex eo, quod est in potentia ali-
quid,nō ex illo,quod est in actu; &
sic fit,qñ fit minus, non exeunt ab eo
partes in actu,sed materia tūc denu
dat a termino maioris quātitatis,&
recipit terminū minoris, eodē mo-
do,quo recipit calidum, & frigidū,
& alia cōtraria. Et hoc manifestū
est, cum illis propositionibus con-
iungetur q̄ densum, & rarum sunt
contraria, & maxime propositioni
dicenti, q̄ materia recipit contraria
ex eo,q̄ est in potentia cōtraria, nō
actu,& q̄ est eadem amborum con
trariorum.& hoc intendebat, cum
dixit post: & corpus etiam magnū,
& paruum habet eandem materiā.

D.d. Et signum eius est, &c.& hoc
non est principium demonstratio-
nis, sed cōfirmatio propositionis di- D
centis,q̄ materia contrariorū est ea
dem.est.n.sermo exēplaris. & qua-
d.& manifestū est ex hoc,q̄ corpus
magnum,& paruum habent eande
materiam, s.m hoc,q̄ magnum, &
paruum sunt contraria: & dictū est
q̄ cōtraria habent eādem materiā:
& signum eius est etiam hoc, quod
narrabo. D.incēpit inducere signū
super hoc, quod conclusit ex propo
sitionibus positis, s.q̄ materia eius-
dem corporis, quod transfertur de
magnitudine in paruitatem qñq;,
& quandoq; econuerso, est eadē: &
translatio eius ad magnitudinē nō E
fit partibus extrinsecis aduenientib⁹
ad foramina: neq; translatio ei⁹ de
magnitudine ad paruitatē ex parti
bus exclusis ab illis foraminib⁹,
ex quo constringuntur illa foramī-
na,& fit corpus minoris quātitatis:
& dixit,qñ,quando ex aliqua aqua
fit aer,&c.i.qñ, cum fit manifestū
in generatione,q̄, cum aliquod cor
pus maioris quantitatis generat ex
corpore quātitatis minoris, v.g. aer Consist. 1.
ex aqua, tunc materia recipiens for c.de su ba
mam aeris,recipit maiorem quanti orbis.
tatem post minorem, nullo extrin-
seco aduenīente,quo aer fit maioris F
quantitatis: sed illud,quod est in po
tentia maioris quātitatis,s.materia,
fit in actu maioris quātitatis nullo
extrinseco in actu aduenīente D.d.
& sili fit aqua ex aere,i.& sili,quan
do aqua fit ex aere. igit qñq; trans-
fert de magnitudine in paruitatē,
nullo exēūte,& qñq; econuerso,nul-
lo addito. Et, cū declarauit hoc de
gnātione, in qua est manifestū, in-
cēpit notificare,q̄ hoc est possibile
dici in causa rari, & dēsi absq; eo,q̄
sit necesse ponere vacuum esse,& di

¶ rit & eodem modo ipſe aer, &c. i. & ſm hunc modū, quē diximus, qui accidit in generatiōe, accidit etiam in ipſa alteratione in eodē corpore. aer enim, v. g. qñq; minor aſ ſine alio quo exeunte, & qñq, fit maior, ex hoc, ꝙ accidit ei de calore, nullo ad uenſente extrinſeco: ſed quia materia eius naturaliter recipit vtrāq; quātitatem, maiorē, ſ. & minorem, hāc qñq; & hāc qñq; ſine aliqua quantitate in actu addita, aut diminuta, quemadmodū naturaliter recipit qñq; caliditatē, & qñq, frigiditatē.

Et hoc, quod dixit, manifeſtū eſt H in doliis fuſis ex muſto, qñ muſtū fit maioris quantitatis nullo extrinſeco aduenſente: & vſt manifeſtum eſt in aere, qñ rarefit ex calore, & cō denſatur ex frigore. Et cū aſſimilauit quantitatē minorē fieri ex maiori, & econuerſo, hoc, ꝙ calor fit ex frigido, aut ecōuerſo: & exiſtimaſ ꝙ inter hæc duo eſt differentia: pōt. n. aliquis dicere ꝙ caliditatē fieri ex frigiditate, & econuerſo, non eſt ſicut quantitatem maiorem fieri ex minori, aut ecōuerſo: qm̄ ſ possibile eſt imaginari ꝙ caliditas augmēteretur ex frigiditate, cum ſint contraria: & I eſt poſſibile imaginari magnū augmentari ex partibus paruis additis: magnum. n. & paruum, licet ſint oppoſita, poſſibile ē imaginari alterū augmentari ex alio: & nō eſt ita de contrarijs, quę ſun in qualitate: &, cum percepērit hanc obiectionē, dixit & veniet de caliditate in caliditatem, &c. i. ſed ſicut dicimus, ꝙ materia veniet de hac caliditate demōſtrata ad maiorē caliditatem, nullis paruis calidis in actu aduenientibus, ſ. corporibus calidis: ſed trāſferuntur in maiorem caliditatem ex intenſione ipſius caliditatis: & ſic K materia trāſfertur de minori quā tate in maiorem, nulla quātitate in actu adueniente. Et poteſt aliquis * quærere ꝙ caliditas creſcit ex ca ditate aduenīte extrinſeca oportet iguur vtra ſit de quātitate a Dia nius igitur ꝙ additio caloris agētis in calorem corporis, non eſt fm ad ditionem partis in totū, & vſt pars materiæ in materiam, ſed fm ad tionem agentis in paſſionem pa tus, ſ. ꝙ qñ calor agētis vigorabi creſcat calor patientis, non fm ad ditionem paruum caliditatis extrī ſecarum, eſt ad patientem nō tra feratur aliqua pars ab agēte. ferēna eſt inter illa. qñ caliditas ab alia caliditate i actu: b quod nō inuenitur in quātitate, ſ. quia nō per aliam quantitatem fm viā g uonis: cū non ſit c quantitas de tentis actibus, ſed ſequitur potētias actiuas, & operatiōes earū, ſ. caliditas & frigidū. Intendebat igitur ꝙ caliditas nō creſcit ex alia caliditate fm tranſlationē: & hoc in alteratione de debilitate in vigorē: & ſiſt eſt diſpō in trāſlatione corpis de parua quantitate in magnam, aut econuerſo. M

Et, quia hoc eſt graue imaginari, ſ aliquid creſcere ſine quātitate extra ſecā aduenīte, aut diminuī ſine quātitate recedēte, vſus ē in hoc exē plo d Rhetorico: & tali vtitur ratio nis loci⁹ propter difficultatem imagi nandi: & dixit: aqua. n. erat minoris caliditatis, &c. i. & hoc, ꝙ aqua eſt modo minoris caliditatis, & poſſea fit maioris in qualibet parte ſuaū partium, non in partibus aliquibus propriis, ſi ſe eſt arcui circuli, qui cū incuruatur fit maioris incuruatiōis in qualibet parte, nō ita, ꝙ aliquæ

partes

A partes rectę erãt in eo, quę fiũt ma-
ioris incuruationis, sed in qualibet
partium eius recipit incuruationẽ.
& hoc intendebat, cũ dixit: nõ fiunt
hoc aliquid, in quo fit incuruatio,
&c.i. qñ incuruatio nõ est facta in
eo in aliquibus partibus, & non in
alijs, v.g. vt aliquis dicat q̃ partes re
ctę, quę erãt in arcu, incuruabãtur.
D.d minus.n.ex maiori nõ est eadẽ
ra,&c.i. qñ transmutatio corporis
de magnitudine in paruitatem nõ
fit per extentiam partium exeun-
tium a foraminibus, vt fingunt di-
centes vacuum esse, qñ, si ita esset,
B contingeret vt corpus calidũ nõ es-
set calidum tm oẽs partes, & sisti al
bum, sed solũmodo esset calidũ sm
ipta foramina: illud autẽ, quod in-
tenaret foramina, non dispoñt per
aliquid ex hoc, quod é impossibile.
& hoc intẽdebat, cum dixit, nec po-
test inueniri ex flamma, &c.i. sed q̃
libet pars flammę ignis, quę existi-
mat esse in fine raritatis, habet cali
ditatem equaliter. & sisti est de om-
nibus calidis. sed dedit exemplũ de
flamma propter suam raritatem. &
hoc intẽdebat, cum dixit: & sisti est
de calore, &c.i. qui crescit ex primo,
C q̃n est in oibus partibus. Et intẽ
debat per hoc, q̃ densitas, & raritas
sunt in oibus partibus rei: & hoc si-
gnificat q̃ nõ sunt ex foraminib⁹.
D.d. magnitudo igitur, & paruitas.
&c. declaratum est igitur ex hoc, q̃
magnitudo, & paruitas, q̃ inueniun
tur in eodem corpore sensibili, non
fiunt ita, q̃ materia, quãdo trãsfert
in magnitudinem, recipit additio-
nem corporum, qñ foramina expã
duntur, neq, cõstringuntur forami
na, qñ transfertur ad paruitatem:
sed cauta in hoc est, qñ materia est
in potẽtia magnũ, & paruum. &, cũ D
declarauit q̃ translatio corporis de
paruitate in magnitudinem, & eco-
uerso, non fit ex foraminib⁹ vacuis
in corpore, quæ qñq; constringun-
tur, & fit corpus minus, & qñq; am
pliatur, & fit maius, siue fuerint stri
cta apud exitum corporum, & am-
pla apud initium corporum, vt
opinantur dicentes vacuũ non esse
separatum, aut strictura, & ampliatio in eis fuerit sine strictu, & exitu
corporũ, vt opinantur in densitate
dicentes vacuum esse separatum:
&, cum declarauit hoc de paruita- E
te, & magnitudine: & densum, & ra
rum nihil aliud est q̃ idem corpus
transferri de paruo in magnum, &
econuerso, dicit: necesse est ergo vt
tarum, & densum, &c. ideſt &, cum
hoc declaratum sit, necesse est vt
corpus, quod quandoq; condensa-
tur, & quandoq; rarefit, sit idem,
absque eo, q̃ accidat additio ex in-
tuitu corporum extrinsecorum, &
diminutio ex exitu partium: sed qa
eadem materia recipit quandoque
maiorem quantitatem, & quãdoq;
minorem. D.d. & dẽsum est graue, Præcepõ.
& rarum est leue. potest intendere
contradictionem istorum. sequitur
n. sm sermonem eorum vt leue sit F
grauius, quia in eo sunt partes plu-
res, & densum sit leuius, quia in eo Secunda expositio.
sunt partes pauciores. Et potest in
telligi, qñ quemadmodũ materia
recipit graue, & leue, & est imporen
tia vtrunq;, nullo graui, aut leui ad-
uenient in actu, ita est de rato, &
deuso, cum vtrumq; sequatur iu-
uim compar.

† Amplius, sicut circuli cir- † In aliquibus codicibus glo-
cunferentia, conducta in minꝰ,

cis ille re-
nō fuerit
quē & re-
. tuus nō
t ablatus.

G non accepit aliud cōcauum, sed quod erat conductum est, sic & ignis, quēcūq; aliquis accipiat, ois calidus est, sic & omne congregatione, & distinctione eiusdem materiei. ⁊ duo. n. sunt in vtroq;, & dēſo & raro. graue. n. & durū densa vīr esse, & cōtraria, leue inq̄, & molle, rara. dissonant autem graue, & durum in plumbo, & ferro.

Et etiam, quemadmodū arcus circuli, quādo congregatur, & fit

H *minor, nihil fit in eo, quod non accidit ei ſ. incuruatio, ſed hoc, quod habebat, congregatur, et quodcūq; accipitur ab igne eſt calidum, ita eſt de toto: congregatio. n. et ſegregatio ſunt eiuſdem materia. ſunt n. hæc duo, quæ ſiunt ex vtroq; ex denſo, & raro. graue. n. & durum exiſtimantur eſſe denſa, & leue, et molle rara. grauitas enī, et durities ſegregātur in plūbo, & ferro.*

8 Ideſt, & quemadmodū idem arcus circuli aliquando recipit minorem incuruationē, & q̄nq; maiorē aliq; eo, q̄ in eo fiat aliquid, quod ante non fuit. ſed illud, quod erat in eo, ſ. incuruatio, aliq̄n inuenitur maior, aliquādo minor: & additio incuruationis in eo non eſt in aliqua parte, & nō in alia: ed quācūq; parte m acceperis, inuenies incuruationem additā in ea: queadmodū quelibet pars ignis é calida. D. d. & ſiſt eſt de toto, i. in hoc q̄ aliq̄n eſt denſum, & eſt congregatū, aliq̄n rarū, & eſt ſegregatum, ſ. q̄ denſitas, & rantas é in qualibet parte illius. Et

innuit per hoc, peccatum, quod accidit dicentibus q̄ denſitas, & rantas ſunt ex conſtrictione, & amplia tione ſoraminum. q̄n ſm hoc non quælibet pars corporis recipit denſitatem, & rantatem: & eſt manifeſtū per ſe q̄ dēſum eſt denſum ſm omnes partes, & ſiſt rarū. D. d. cōgregatio. n. & ſegregatio. &c, i. gnatio. n. et corruptio apud nos, quas Antiqui vocabant ſegreganonem, & cōgreganonem, ſunt eiuſdem materię, & non ſm congreganonem partiū, & ſegreganonem partium aliarum, & additio, & diminuno. D. d. ſunt. n. duo, &c. i. q̄n hæc duo ſequuntur L denſum, & rarū. denſum. n. ſequitur graue, & durū, rarū aūt leue, & mol

e. Et intendebat p hoc innuere. q̄ Dēſitas, & rantas nō ſunt de eſſentia quātitatis q̄n, ſi eſſent, tūc ſequerent ex eis iſtę q̄litates cōtrarię. D. d. ſed grauitas, & durities, &c. i. ſed i q̄bus dā corpibus ſeparant grauitas, & duritates, & non ſequunt dēſum, ſed alia quod grauius inuenit magis rarū, vt i plūbo, & ferro. a plumbū enim rarius eſt grauius ferro, & eſt magis rarū.

Ex dictis igitur manifeſtū eſt q̄ neq; diſgregatū eſt vacuum, neq; ſimpliciter, neq; raro, neq; M potētia. nihil quis velit omnino vocare vacuū cauſam lationis. ſic autē ipſi⁹ grauis, ac leuis materia, quatenus huiuſmodi, erit vacuum. denſum. n. & rarū ſm hanc contrarietatem lationis factiua ſunt, ſm aūt ipſum durū, & molle paſſionis, & impaſſibilitatis, & non lationis, ſed alterationis magis. Et de vacuo quidem quomodo eſt, & qūo non eſt determinatū ſit hoc modo.

Appa-

A *Apparet igitur ex hoc, quod diximus, quod non est vacuum diſtinctum per ſe ſimpliciter, neq; in rato, neq; in potentia. niſi aliquis voluerit omnino vocare cauſam translationis vacuum. tunc igitur erit materia grauis, & leuis vacuum, quoniã densitas, & raritas hoc modo contrarietatis recipiunt translationem. duricies autem, & mollities ſunt cauſa facilitatis, & difficultatis receptio-*

B *nis, non translationis, ſed alterationis proprie. Iam igitur determinauimus quomodo eſt vacuum, et quomodo non eſt, hoc modo determinationis.*

corporis. in quo fit trãſlatio. & tũc, D illud, qđ intendit per vacuũ, erit ipſa materia. D.d.qm̃ denſitas, & raritas hoc modo cõtrarietatis, &c.i. & materia eſt cã trãſlationis. qm̃ materia eſt cã dẽſitatis, & raritatis, vt declaratũ eſt: & corpora nõ recipiunt translationẽ in eis, niſi hoc mõ cõtrarietatis, ſ.ſm denſitatẽ, & raritatem. denſitas.n.& raritas recipiunt motũ trãſlationis, ſ. motus corporũ tranſlatorũ in aljs. &, cũ ita ſit, materia ẽ cã eius, ꝙ corpora recipiunt translationẽ p hoc, ꝙ recipiũt ex dẽ ſitate, & raritate. D.d. durities vero, & mollities, &cęt. i. durities vero, & E mollities nõ ſunt cã translationis, ſicut denſum, & rarũ, ſed ſunt cauſę facilitatis, & difficultatis tranſlationis. qm̃, cũ corpus, in quo eſt tranſlatio, fuerit molle, translatio erit facilis in eo ſicut in aere, &, cũ fuerit durũ, erit difficilis, aut impoſſibilis, ſicut in terra. D.d. nõ translationis ſed alterationis, i. & nõ ſunt cãe trãſlationis in loco, ſicut ſunt leue, & grue, ſed ſunt cãe tranſlationis, ppriæ. & intẽdit, vt mihi vĩ, ꝙ molle eſt cã paſſionis, & durũ actionis. molle.n. eſt paſſiuũ. & durũ actiuum. Et debes ſcire, ꝙ ex hoc, ꝙ materia eſt ea dẽ contrariorũ, & eſt in potẽtia, apparet p demonẽ ſm eãm ꝙ eſt cauſa dẽſitatis, & raritatis. & hoc apparet ex ſignis, q̃ induxit Arift. ſ. ex hoc ꝙ raritas, & denſitas inueniuntur in qualibet parte corpis rati: & denſi: & ſiſt apparet hoc ẽt ꝙ denſitaté, & raritaté ſequuntẽ qualitates contrarię. D.d. lã ſ. determinauimus qſio eſt vacuũ, i. ſiquis vocauerit materiã vacuum, & quomodo nõ eſt, ſi aliquis vocauerit vacuum dimenſiones ſeparatas hoc modo.

86 Cum complevit loqui de vacuo ſtduxit declarata ex illo, & dixit: Apparet igit, &c. & intẽdit p diſtinctũ p ſe, exiis, p ſe. & cũ d. ſimpt, neq; in rato: intendit ꝙ vacuũ non inueniturexiſtens per ſe, neq; exiſtens in alio, ſ. in rato. &, cũ dixit, neq; in potẽna: innuit opinionem dicentiũ, C ꝙ vacuum nõ eſt exua corpus. qm̃ ſm opmionẽ iſtorum vacuum erit ſemper in potentia, cum nunq̃ inueniatur in actu, ſ. extra corpus. Et, quia materia eſt cã paſſionis, quæ eſt cauſa trãſlationis, & materia ẽt eſt in potenna, vt dictum eſt de materia, & hoc nomen potentia dicitur equiuoce de vacuo eſſe in potẽtia apud ponentes ipſum eſſe nõ ſeparatũ, & de materia, præmuniuit ſe a deceptione in hoc, & dixit: niſi aliquis voluerit, &c. i. niſi aliquis vocet cãm trãslauc..is, quæ eſt paſſio

Si corpꝰ, ſ quo ẽ trãs latio ꝙue rit molli trãslat erit faci la eo, ſicut in aere vi de cõſtat i p. ph. c. 8. idẽ ſupra c. 68.

Summa

G SVMMA TERTIA

De Tempore.

Dubitat an Tempus sit, vel nō. Ca. 1.

CONsequens aūt est ad ea, quæ dicta sunt, aggredi de Tēpore. Primum aūt bene se habet dubitalle de ipso, & per exteras rationes, vtrum sit eorū, quæ sunt, an eorum, quæ non sunt, deinde ꝯ sit natura ipsius.

Et copulatur cum hoc, quod diximus, narrare de Tempore. Et re H *ctum est inducere primo dubitationes accidentes in eo, ex hoc, quod dixerunt extranei, & consideremus vtrū sit de rebus entibus, aut nō entibus, et quæ sit natura eius.*

87 Cum cōpleuit loqui de loco, & vacuo, incepit perſcrutari de Tempore, & dixit: Et ſequitur, quia ſermo de tempore* conuenit ſermoni de loco: qm̄ perſcrutatio de vacuo eſt pars perſcrutationis de loco. D.d. Et rectum eſt, &c.i. & rectum eſt ponere perſcrutationem de illo ex ſermonibus Logicis, qui faciunt I dubitare de illo. Et intendit per extraneos, Logicos, ſermones. n. Logicos vocat ſermones extraneos: & Philoſophiam, quę componitur ex ipſis, vocat Philoſophiam extraneā: vt dicitur q̄ ipſe compoſuit Philoſophiam extraneam. D.d. conſyderemus igitur vtrum ſit, &c.i. fm Logicam. om̄ a tempus eſſe manifeſtum eſt per ſe: quoniam fm hanc perſcrutationem multiplicantur plures ſermones, qui deſtruunt ſuam eſſe. D.d.& quæ ſit natura eius ꝓ.&, cum perſoluerimus illas dubitationes, tunc perſcrutabimur de natura eius perſcrutatione demonſtratiua. D incepit inducere ſermones Dialecticos, & dixit.

*a al copulatur.

aPhiſia facta ex tribꝰ Logicis tantū hoc vid. c. a Tps eſſe manifeſtū ē p ſe.

Quod igitur omnino nō ſit, aut vix, & obſcure, ex hijs alijs ſuſpicabitur. Aliud. n. ipſius factum eſt, & non eſt, aliud vero futurum eſt, & nondū eſt. ex his autem, & infinitū, & quod ſemp accipitur, tēpus cōponi, qđ autem ex ijs, q̄ non ſunt, cōponi fieri nō poſſe vī, vt poſſit deat aliquando ſubſtantiam.

Dicamus igitur quod cadit in mente in eo, quoniam aut non eſt ommno, aut ſi eſt, eſt valde debile, et latens ex hoc, quod dicam. Quoniā quoddam eius iam fuit, & non eſt, et quoddā eius eſt futurum, & non eſt. & ex his ducitur componitur tempus infinitū, quod inuenitur ſemper. et quod componitur ex non ente impoſſibile eſt imaginari ipſum habere communicationem in eſſe. M

Iſte ſermo ſic componitur. Tem- 88
pus componitur ex præterito, & futuro, quoniam inſtans diſtinguens non eſt tempus: ſed præteritum a defectu, & futurum nondum eſt: & hæc duo non ſunt: ergo tēpus cōponitur ex non ente. Et dixit autem ſic, eſt difficile, & occultum, cōex ſermonibus Logicis non patet: indicat quod aliquid ſit, aut nō eſt ſe, ſed fm exiſtimatos eſſe intrinſecam. D.d.& ex his componitur tē

pus

A pus infinitum, quod semper est. & ipsi ponunt ipsum hoc modo ad affirmandum ipsum esse semper. b Plures enim Antiquorum concedebant tempus esse infinitum, & ipsum esse semper, præter Platonem, qui generabat ipsum. Et deceptio in hoc sermone est, quia ita ē de motu. motus enim comprehenditur sensu: & nulla pars eius est in actu, sed quælibet pars demonstrata recellit: ergo est compositus ex hoc, quod iam defecit, & ex hoc, quod nōdum est. sed tempora non habent esse completum, sed esse eorum cōponitur ex actione animæ in eo, quod est in eis existentia animam: & entia d completa sunt illa, in quorum esse nihil facit anima, vt post declarabitur de tempore, scilicet de numero entium, quorum actus completur per animam. & forte hoc innuebat, cum dixit, aut erit difficile, & occultum, aut est in entibus latētibus, quia, si in anima non essent, non essent nisi in potentia.

Ad hæc aūt omnis rei partibilis, si quidem sit, necesse ē, qñ est, aut quasdam, aut oēs partes eius: temporis aūt aliæ fuerunt, aliæ vero futuræ sunt: nulla aūt est, cum sit diuisibile. ipsum autem nunc non est pars: ↑ nā & mēsurat pars }. & componi oportet totum ex partibus: tps aūt non vī componi ex ipsis nunc.

Et cum hoc, oē habēs partes necesse est, cū fuerit, vt oēs sua partes sint, aut quædam, sed temporis quædam partes iam fuerunt, & non sunt, & quædam sunt futuræ, & non sunt: ergo nulla earū D *est, si tempus habet partes. instās. Vero non est pars: quoniam pars mensurat. et est necesse vt totum componatur ex suis partibus: sed tempus existimatur non componi ex instantibus.*

Iste setmo ēt est Logicus, & facit dubitare de tempore, & componitur sic. Omne habens partes, necesse est vt partes eius sint oēs insimul, aut q̄dā, si fuerit ens: & tps habet partes, quarū nulla inuenitur I actu: ergo tēpus non est. Et ipse verificauit propōnē, dicentē q̄ nulla pars tēporis inuenit in actu p duas propōnes, quarum Vna est, q̄ ex tē pore nihil inuenitur in actu, nisi instans: & ista est manifesta p se: Secunda aūt est, q̄ instans nō est pars temporis: ergo ex tpe nulla pars inuenit in actu. Et ipse verificat propositionē, dicentem q̄ instans non est pars temporis sic. Ois pars mensurat: & instans non mensurat: ergo instans non est pars. Vel sic. Partes tunc cōponunt totū: & instans non componit tempus: ergo ipsūs non est pars temporis. & ista propō declarabitur perfecte in Sexto. F

89 E

Tex. c. 10. 11. & ide.

Amplius autē & ipsum nūc, quod vī distinguere præteritū, & futurum, verum vnū, & idē semper permaneat, an aliud fit, & aliud, non facile est videre. Si .n. semp alterū, & alterum est: nulla aūtem est earū, quæ sunt in tempore, alia, & alia pars simul, quæ non cōtinet, alia vero continuē, vt minus tempus sub

maiore:

G maiore: ipsum aũt nunc, quod non est, prius autem fuit, necesse corruptum esse aliqñ: & ipsa nunc simul quidem inter se nõ erũt. corruptum aũt esse necesse est semper prius. In seipso igitur corruptũ esse ſ possibile est, ex eo, quia tunc est. in alio autẽ nũc corrumpi ipsum prius nũc non contingit. sit. n. impossibile contigua esse adinuicem ipsa nunc, vt punctũ cum puncto. Signifi in eo, quod est cõsequenter, nõ corruptũ est, sed in alio, H in medñs nũc, quę sunt ſfinita, simul erit. hoc aũt impoſe est.

Et etiam est difficile ad sciendum hoc, ſ. Vtrum instans, quod videtur distinguere inter praeteritũ, et futurũ, ſit idem permanis semper, aut est vnum post aliud. Quoniam, si semper vnum fuerit post aliud, & ex tempore, non est aliqua pars, quae sit, & alia pars insimul nisi altera sit contenta, et altera continens, vt minus tempus in maiori, tunc instans, quod non I *est nunc, & fuit prius, necesse est & ipsum corrumpi. Et impoſsibile est vt corruptio eius ſit, quando fuit, quoniam tunc erat ens. et impoſsibile est vt prius instans corrũpatur in posteriori instanti. impoſsibile. n. est vt duo instantia copulentur, quemadmodum non continuantur duo puncta. Et, ſi non corrumpitur in illo, quod est post, ſed in alio, tunc inuenitur in instanti-* K *bus, q̃ sunt inter illa, q̃ sunt infinita, et insimul. quod est impoſsibile.*

Cum induxit sermones dubita- 90
biles de tempore, induxit et ſermones dubitabiles de instanti, & dixit: Et etiam est difficile, & est idest & est difficile de instanti. quod est distinguens inter praeteritum tempus, & futurum scire vnũ semper idem, ſ. praesens, & praeteritũ, aut sunt plura succedentia, ſ. vnũ post aliud. Et, cũ posuit q̃ instantia necesse è vt sint vnũ numero, aut plura, incipit prius inducere inopinabilia contingentia, si fuerint plura numero, L & dixit: Qñ, si semper fuerit vnũ post aliud, &c. i. &, si instãtia fuerint plura succedentia: & est impoſsibile vt ex tẽpore inuentiantur duo insimul, ſ. duę partes, aut duo instanta, qñ instantia non numerãtur, nisi per numerationẽ temporis, cũ sint vltima tẽporis: sequitur necesſario vt instans, quod nõ est nunc, & iam fuit in praeterito, corrumpatur. D. d. & ex tẽpore non est aliqua pars, &c. & intendit per partẽ, illud, qđ continet instans, & tempus. qñ pars temporis in rei veritate nõ est M instans, sed tempus. Et. cum posuit hanc propõnẽ, ſ. qñ ex tẽpore non inueniunt duo instanta insimul: qñ ex eo nõ inueniuntur duę partes insimul, nisi in vna earum accipiatur continens secundam, v. g. sicut diximus q̃ talis mensis est in tali anno, & talis dies est in tali mense: & hoc non nocet in vltitate illius propositionis. excepit hoc, ne aliquis existimet ipsũ ignorare illud: qñ in instanti non imaginat continens, & contentum. &, cũ posuit q̃

A ꝙ in tempore nō inueniuntur duo instantia insimul, sequitur necessario vt prius instans corrumpatur. & dixit: instans. n. qđ non est nunc, &c. i. instās. n. quod non est nūc, & fuit in prēterito, necesse est nūc corruptū esse. D. incēpit inducere qōnes contingētes ex hoc, & dixit: Et impossibile ē vt corruptio eius, &c. i. & si est corruptum, necesse est vt corruptio eius sit in tēpore, cum oē corruptum sit hmōi: & impossibile est vt corruptio eius sit in instāti presenti, qm̄ tunc non inuenit, nisi ipsum: & sic erit in se corruptum:

B id est impossibile. & hoc intendebat, cum dixit, in hora, quę est nūc. Et, cū declarauit ꝙ instans impossibile est vt corrumpatur in instanti ꝓsenti, aut in seipso: qm̄ ꝓsens idē est cum corrupto: incēpit declarare ēt, ꝙ impossē est vt ꝓsēs instās corrumpat̄ in instanti futuro: & dixit: & impossē est ēt vt prius instans corrumpat̄ in posterior, &c. i. qm̄, cū posuerimus ꝙ instans corrumpitur in instanti futuro, cōtinget vt illud instās cōtinuet̄ cū eo, ita, ꝙ suū esse cōtinuet̄ cum sua corruptione,

C & erit instās, in quo est, aliud ab instanti, in quo corrumpit̄, & post declarabimus ꝙ instans nō continuatur cū instanti, sicut nec ꝓ̄ctus cū puncto. D. d. Et, si nō corrumpitur in illo, qđ est post, &c. i. &, si nō corrumpitur in illo, ita, ꝙ sit continuū cū eo, corrumpetur in instanti, qđ est post, qđ non est continuum cū eo, qm̄ inter quęlibet duo instantia est tempus. ex quo sequitur, vt illud instans inueniatur in illo tēpore: & omne tēpus diuiditur in instantia infinita: ex quo sequitur, vt instās corruptum inueniatur in instanti-

bus infinitis, cum eis insimul. qđ D est impossē. & sicut est impossibile ipsum poni corruptum in instāti, qđ est ante: qm̄ tunc erit corruptū anteqū sit, & illa ꝙstio dissoluetur post.

At vero nec ꝙ semp idē ꝓmanere possibile est. nullius. n. diuisibilis finiti vnus terminus est, nec ꝙ. n. si ad vnū sit continuum. neque si ad plura. ipsum autem nunc terminus est, & tempus est accipere finitum.

Et impoßibile est vt idem sit semper permanens. quoniam nullum finitum diuiſibile habet vnū E *finem: neq; ſi fuerit continuum in vna parte, neq; ſi fuerit continuū in pluribus vna parte. ſed inſtans eſt finis, & poßibile eſt inuenire tempus finitum.*

Cum destruxit, ꝙ instantia sunt 91
plura, incēpit destruere ꝙ instans sit idem, quoniam, si instans fuerit, aut erit vnum, aut plura: &, cum hæc duo destruentur, destruet̄ instans esse. Et d. Et impossibile est F etiam vt sit idē, &c. idest, & impossibile est etiam vt sit ens, ita, quòd sit idem semper permanens. Et signum eius est, quia non inuenitur finitum aliquod continuū habens vnum finem, sed saltem duos, quibus sit finitum: neq; si fuerit continuum in vna parte, vt linea: quoniam linea habet duos fines tantū: neque si fuerit continuum in plures vna parte, vt superficies, & corpus: corpus enim habet tres fines, & superficies quatuor. D. d. sed instans est finis, & possibile est inueniri

Linea hēt duo fines tm̄. superficies quor corp⁹ vero tres.

G niri tempus finitum. iſta eſt propoſitio minor iſtius figuræ. Et iſte ſermo componitur ſic. Inſtans eſt finis alicuius finiti: & nihil quod eſt finis alicuius finiti, eſt vnum: ergo inſtans non eſt vnum.

Amplius, ſi ſimul eſſe ſm tẽpus, & neq; priꝰ, neq; poſteriꝰ, in eodẽ eſſe, & in ipſo nunc ſit, & ſi quę prius, aut poſterius in hocce nunc ſunt, ſimul vtiq; erunt quę ante decies millenos facta fuerunt annos cum ñs, q̃ H fiunt hodie, & neq; prius, neq; poſterius vllum aliud alio.

Et etiam, ſi intentio eſſendi in tempore non ante, neque poſt, eſt, vt ſint in eodem inſtanti, deinde illud, quod eſt ante, & illud, quod eſt poſt, ſint in eodem inſtanti demonſtrato, tunc illud, quod fuit tranſacto milleſimo, & quod eſt hodie ſunt inſimul, & neutrum præcedit reliquũ, aut eſt poſt illud.

92 Iſta eſt ſecunda ratiocinatio, & componitur ſecundũ inductionem: m I ad inconueniens. & iſta, & prędicta ſunt vera. & ſm ſignum eſt. qm̃, cũ intentio eius, q̃ dicimus de aliquibus duobus q̃ ſunt inſimul in aliquo tempore, quod non eſt ante, aut poſt, eſt, vt illa duo ſint in eodem inſtanti. Et, cum induxit illã propoſitionem veram conuertibilem, coniungit cum ſua conuerſa propoſitionem dubitatiuam, & induxit inconueniens, & dixit: deinde illud, quod eſt ante, & illud, quod eſt poſt, &c. i. &, cum cõuertimus conuerſę propoſitioni dicentis q̃ K la, quæ ſunt inſimul, ſunt in eodẽ inſtanti, & eſt, quia illa, quæ ſunt in eodẽ inſtanti, ſunt inſimul. hanc propoſitionem, ſ. q̃ eidem inſtãs eſt omnium entium, de quibus dicimus quædam eſſe ante, & quędam eẽ poſt, ſequitur vt illud, quod fuit tranſacto milleſimo, & illud, quod eſt hodie, ſint inſimul: quod eſt opinabile. Et ſyllogiſmus categoricus concludens inconueniens in hoc ſermone componitur ſic in prima figura, Omnes res mouentur in eodem inſtanti: & oia, quę ſunt in eodem inſtanti, ſunt inſimul. ergo omnia, quæ ſunt, ſunt ſimul. quod eſt impoſſibile. L

Quæritur quid ſit Tempus præſertim q̃ ipſum non eſſe motum. Cap. 2.

DE ñs igiſ, quæ ſunt ipſi, tot ſint dubitata. Quid autem eſt tempus, & q̃ ipſius natura, ſiſt & ex traditis in manifeſtum eſt, & ex ñs, quę ſurſum percurrentes prius. Nã quidam vniuerſi eſſe motũ dicunt. Alĩ ſphęram ipſam. Atq; circunlationis ẽt pars tempus M quoddã eſt, circũlatio vero nõ. pars. n. circunlationis eſt qđ acceptum eſt. ſed non circũlatio. Amplius aũt, ſi plures eẽnt cœli, ſimiliter vtiq; eſſet tempus cuiuslibet ipſorum motus. quare multa tempora ſimul.

Iſta igitur ſunt dubitabilia de rebus, quæ inueniuntur in tempore. Et etiam quid ipſum ſit, et quã habet naturam. Latet hoc modo ex

hoc,

A hoc, quod recepimus à prædecessoribus. Quidam enim dicunt ipsum esse motū totius. Et quidā dicūt ipsum esse sphæræ ipsam. Et, si pars temporis sit tempus, & pars revolutionis non sit revolutio. quoniā ei, sicut appellatur, pars revolutionis, non revolutio. Et etiam, si cœli essent plures vno, tunc tēpus esset eodem modo motus, cuiuscunque modi eorum & essent plura tempora insimul.

B Ista igitur, quæ diximus, sunt, 93 q̃ones, q̃ faciunt dubitare in esse temporis, acceptæ ex rebus existentibus in tempore, vt diximus de eē tempestam, & de esse præteriti, & futuri. esse ex cōsyderatione existentiū in istis rebus, prouenit dubitatio in tuo esse. D. d. Et ipsum ēt quid sit, &c.1. & scire etiam ipsum quid sit, & quæ sit natura eius, si concessimus ipsum eē, & similiter latet. & hoc manifestum est, qm̃ nullus prædecessorum dixit de eo aliqd rectum. D. 1. Quidam.n. dicunt, &c.1. & intendit per motum totus, reuo-

C lutionem totius completam. D. in- dixit inopinabile contingens dicē- tibus reuolutionem totius, s. motū eius num, & dixit: licet pars temporis sit tempus, &c 1. & iste sermo estimatur leuiter, si dicentium tempus eē reuolutionem completam, eiñ pars temporis reuolutiōis diuturnæ est tempus, vt dies, & nox, & pars reuolutionis nō est reuolutio. & si tēpus esset tota reuolutio, tunc pars reuolutiōis esset reuolutio. Deinde incepit inducere etiam secundam contradictionem, & est communis isti opinioni, & opinioni dicentium quòd tempus est motus totius cœli, & partes eius sunt partes temporis: & est opinio Platō. & est sufficientior omnibus aliis. & dixit: Et etiam, si cœli essent, &c.1. &, si tempus esset motus cœli, cuiuslibet eorum esset tempus. ex quo sequeretur plura tempora esse insimul. si enim tempora essent cœli, tunc ipsa essent multa secundum numerum cœlorum. si igitur essent plures cœli, vt dicunt Antiqui, dicentes plures mundos esse, tunc necesse esset vt motus cuiuslibet eorum esset tempus. ex quo sequeretur plura tempora esse insimul. quod est impossibile. Et ista ratiocinatio componitur ex propositione dubitabili, & alia, quæ videtur impossibilis, nisi secundum imaginationem. & est illa, in qua ponunt plures cœlos esse. &, cum ita sit, potest aliquis dicere q̃ illud falsum, quod sequitur ex hoc sermone, & est plura tempora esse insimul, nō sequitur ex positione eius, q̃ tempus est motus cœli, sed ex positione eius, q̃ est, plures cœlos eē vno: quod est falsum, & impossibile. Sed ista declaratio est alterius modi. quoniam, cum fuerint duo consequentia se complete, & posuerimus aliquid esse ipsum præcedens, aut dispōi per præcedens, necessario sequetur consequens, licet sit impossibile illud dispōi p̃ præcedens, v.g. qm̃, quia dies sequitur ortum solis, manifestum est q̃ in quacunque hora ponemus solem oriri, sequetur tunc diem esse, licet solē oriri in illa hora sit impossibile. & similiter oē, qđ ponitur volare, sequitur vt habeat alas, licet sit impossibile

D

E

Dogmatico

F

Solutio.

Ex hoc sumē aliq; cōsequentiā necessariā esse, cuius tñ ānās, & cōsequēs sūt impossia. Cōsiste. 7. ph. c. 1. & 8. phy. cō. 78.

G bile ipſum volare. &, quia tempus, & cœlum ſunt conſequenta ſe, vt ponit aduerſarius, dicens tẽpus eſſe motum cœli, neceſſe eſt, ſi poſuerimus plures cœlos eſſe, vt ſint plura tempora: ſed plura tẽpora eſſe eſt impoſſibile: ergo id, ex quo ſequitur hoc impoſſibile, eſt impoſſe: & eſt tempus eſſe motum cœli.

Vniuerſi autem ſphæra viſa eſt quidem dicentibus eſſe tempus. quia & in tempore omnia ſunt, et in ipſa vniuerſi ſphæra. Eſt autem ſtultius quod dictum eſt, quàm vt de eo impoſſibilia conſyderemus.

Idē 1. Top. corum. H

Et quidem dixerunt tempus eſſe ſphæram totius. & exiſtimauerunt hoc, quia omnia ſunt in tẽpore, & ſunt in mundi ſphæra. Et iſte ſermo eſt magis vanus, quam indigeat probatione.

94 Cum deſtruxit ſermonem dicentium tempus eſſe reuolutionem totius cœli, incœpit inducere aliã opinionẽ debiliorem: & eſt opinio dicentium ꝙ tempus eſt ſphæra totius. & induxit rõnem eorum. dicebant. n. ꝙ omnia ſunt in ſphæra totius: & omnia ſunt in tẽpore: ergo tempus eſt ſphæra totius. Et decipiẽbatur in hoc ꝙ duę affirmatiuę nõ concludunt in ſecunda figura. & ẽt dicere omnia eſſe in tempore, & in ſphæra mundi non ſignificat idẽ. & ſic ſermo eorum eſt in falſis propoſitionibus, & figuræ inconſtantis. &, quia concluſio eorum eſt impropabilis per ſe, & ẽt ſyllus eorum eſt falſus ſm formam, & materiam, dixit: Et iſte ſermo, &c. Et, quia magis ſufficiens iſtarum opinionum K

Duę affirmatiuę ſi cõcludũt I. 1. fig. Vi de hinc tionẽ I. 2. ph. e. 2. et 1 hoc. 4. e 33. & 42.

I

tium de tempore eſt ſermo dicentium ipſum eſſe motũ, reuerſus eſt ad contradicẽdum huic opinioni.

Quoniam autẽ vī maxime motus eſſe, ac mutatio quędam tempus, hoc conſyderandum erit. Vniuſcuiuſq; igitur mutatio, & motus in ipſo, qũ mutaẽ, eſt ſolum, aut vbi fuerit ipſum, quod mouetur, & mutatur: tẽpus autem ſimiliter & vbique, & apud omnia eſt.

Et, quia exiſtimatur quod dignus eſt vt ſit motus, & tranſmutatio, oportet nos intẽdere hac in perſecutatione, & conſyderatione. Dicamus igitur, quod tranſmutatio eſt in omni, quod tranſmutatur. & motus eius eſt in ipſo tranſmutato tantum: & vbi fuerit illud motum, tempus eſt eodem modo in oĩ loco, et apud quodlibet, & in reſpectu cuiuslibet. L

M

D. quòd tempus eſt dignior vt exiſtimetur ꝙ ſit motus, quoniam tempus impoſſibile eſt vt imaginetur, niſi cum motu, & multotiens exiſtimatur ꝙ illud, quod ſequitur rem, ſit ipſa res. Et in hoc ſermone ſunt propoſitiones, quarũ vna eſt, quòd Omnis tranſmutatio & omnis motus eſt in moto: & omne motũ eſt in aliquo vbi: ergo omnis motus eſt I aliquo vbi, &, quia plura mota ſunt in pluribus vbi, ſequitẽ vt plures motus ſint in pluribus vbi. Deinde coniungit huic hanc propoſitionem, dicentem ꝙ tempus

A tempus est vnum in omni loco, & apud quodlibet, & in respectu cuiuslibet, & concluſit in ſecunda figura, ꝙ motus non eſt tempus, ſic. Motus non eſt vnus in omni loco, & apud quodlibet: & tempus eſt vnum in omni loco, & apud quodlibet: ergo motus non eſt tempus.

Amplius autē mutatio quidē omnis velocior, aut tardior eſt, tempus autem non eſt. tardum.n. & velox tpe definiunt. Velox.n. eſt, qđ i pauco multū
B mouetur: Tardū aūt, qđ in multo parum, tempus aūt non definitur tpe, neque quo quantum quid eſt, neq; quo quale.

Et omnis transmutatio eſt velocior, aut tardior, & tempus non eſt tale. Velox.n. & tardum definiuntur per tempus. Velox enim eſt illud, quod eſt multum in tempore breui: & Tardum eſt illud, quod eſt modicum in tempore longo. & tempus non definitur per
C *tempus, neque ſecundum quod eſt quantum, neque ſecundum quod eſt quale.*

Improbatio. I vnū inſtans demonſtrari bis. & hoc nō eſſet poſſibile, niſi tēpus haberet fixū. Et dixit: Tēpus igitur numer' eſt, &c. i. tempus igitur eſt numerus attributus motui propter inſtans, non ſicut numerus, qui attribuitur lineæ, ex hoc, q̄ idem punctus accipitur principium. & finis, ſed fm̄ q̄ inſtans accipitur duo eiuſdē tēporis ſ. vnum principium eius, & alterum finis. & hoc intendebat, cum dixit: ſed ſicut duo fines eiuſdem lineæ. Deinde dixit: non ſicut partes, &c. i. ex dictis poſt. ſ. q̄ punctus, & inſtans ſunt indiuiſibilia, & non ſunt partes eorum, in quibus ſunt. Deinde dixit. q̄ctus enim, &c. i. hic dat cauſam, propter quam eſt poſſibile idē punctum accipi principium vnius lineæ, & finem alterius. & eſt, quoniam q̄ctus demonſtratur bis, ita, q̄ propter hoc accidit ei neceſſarie quies. & eſt impoſſibile in inſtanti, quoniam ſequeretur ex hoc vt inſtans quieſceret: quod eſt impoſſibile, q̄ia ſequitur tranſitum.

Et inſuper manifeſtum eſt q̄ neq; pars eſt ipſum nunc tēporis, neq; diuiſio mot⁹, ſicut neq; puncta ipſius lineæ. lineæ enim duæ partes vnius ſunt. Quatenus igitur terminus eſt ipſum nunc, non eſt tempus, ſed accidit, quatenus vero numerat, numerus. termini enim illi⁹ ſolum ſunt, cuius ſunt termini. numerus autem horum equorum, denarius ſcilicet & alibi eſt.

Et. quia manifeſtum eſt, quod inſtans non eſt pars temporis, neq; diuiſio pars motus, quemadmodū punct⁹ nō eſt pars Lineæ, ſed duæ M *lineæ ſunt partes vnius lineæ, tūc inſtans, ſecundum quod eſt finis, nō eſt tempus, ſed accidens, quod accidit ei, ſecundum autem quod numerat eſt numerus. quoniam fines ſunt fines illius ſolius, cuius ſunt fines. numerus vero, vt denarius, ſicut dicitur de vno vnitate, ſic dicitur de decem denarius, ut idem denarius eſt iſtorum equorum decē demonſtratorum, & alterum.*

Cum

A Cum declarauit differentiam in
ter numerum temporis ab instãti,
& numerũ lineæ a puncto, incœpit
declarare ét, ꝙ instãs nõ est pars tẽ-
poris, & dixit: Et quia manifestũ é,
&c.i.&, quia manifestũ est ꝙ instãs
nõ est pars tpis, quia est differentia
inter motũ priorẽ, & posterioré: &
differẽtia, quę est inter duos motus,
priorẽ, & posterioré non est pars
motus: ergo instans non est pars tẽ-
poris. D.d. sicut punctus, &c.i. cũ sit
differẽtia inter duas lineas. D.d. sed
duę lineę, &c.i. sed duę partes lineę,
B quas pũctus diuidit, sunt illæ duę li
neæ, non punctus, vt declarabitur in
Sexto perfecte, vbi declarabitur ꝙ
omne tps est semp diuisibile, & ꝙ in
stans est indiuisibile. D.d. instans
igitur, fm ꝙ est finis, &c.i. vult decla
rare, ꝙ cum hoc, ꝙ instans non est
pars tpis, est accidens ei, i. instãs, fm
ꝙ est finis in motu, non est tps, sed
ipsum esse finé est accidens ei. D.d.
fm aũt ꝙ numerat, &c.i. fm autẽ ꝙ
diuidit tps est numerus. D.d. fines
enim, &c. hic declarat causam, pro-
pter quã instans nõ est instans, fm
ines sunt ꝙ est finis alicui⁹ demonstrati: & est
ecoꝝ fm ꝙ est numerus: & est: quoniam
C fines sunt in eo, cuius sunt fines, &
rithes instans nõ inuenitur in aliquo pro
cipia prio, & nõ in alio, sicut est dispositio
& in numero. vnde dictũ est in defini
cõ tione eius, ꝙ est numerus translati.

numerus, quidam simpliciter, ꝙ D
dem est, vt dualitas, quidam aũ
tem numer⁹ est quidem vt est,
est autem vt non est. Vt lineę mi
nimus multitudine quidem est
duæ, aut vna, magnitudine aũt
nõ est minim⁹. semp enim diui
dit⁹ os linea. Quare similiter & Vide con-
tradictionẽ Zam.
tẽpus, minimũ enim fm nume
rum est vnũ, aut duo, secundũ
autem magnitudinem non est.

Manifestum est igitur, quod tempus est numerus motus secundum prius, & posterius, & quod E
est continuum, cum sit numerus cõtinui, & habemus accipere numerum minimum de numero simpliciter. Quod autem est aliquis numerus, possibile est quodammodo innotescere numerum, & alio modo impossibile. v.g. quoniam minimũ linea est vna linea, aut duæ, in mẽsura vero nõ habet minimum: quo mã omnis linea diuiditur semper. Et similiter est de tempore etiam. quoniam minimum tempus numerus est, v.g. aut vnus tẽpus, aut duo tempora, in mensura vero non est. F

Cum dedit differẽtiã inter nume 108
rũ acceptũ in definitiõe tpis, & nũe
rũ simpsit, & nũeraũ, q est instãs, qui
est causa in nũeratiõe prioris, & po
steriorꝝ, quẽadmodũ nũerus, quiesꝫ
pũcta, est causa in nũeratione lineę
p lineas, vult inducere accidẽtia, qui
bus nũerus accepit in definitiõe tẽ-
poris differt à numero simpsit, & di-
xit: Manifestũ est igit, i. qm est nũe-
rus mot⁹, nõ fm ꝙ mẽs accipit illud

Quis Numerus sit, qui in definitione temporis accipitur: ex quo nonnullorum in ip so tempore redditur causa. Cap. 5.

QVod igitur tempus numerus motus est, fm prius, & posterius, et continuum (nam cõtinui est) manifestum est. Minimus autẽ

habemus

G bens partes tantum, sed secundum
q accipit illud habens partes prio-
res,& posteriores. Et fecit rememo-
rationē d hoc i hoc loco ꝓpter hoc,
q vult cōsyderare de accidentibus
tempoꝝ, & ideo dixit: & quod est
continuum,i. & apparet ex hac defi
nitione,q est cōtinuum,cum sit nu
meroꝝ cōmuni,s. motus, Et,quia est
numerus cōtinuꝰ,& non est numerus
simplex, dedit differentiam inter nu
merū simplex in hoc, q pauciras in-
uenitur in eo,& inter numerū alicu
ius,vt desecēdat ad modū, quo inue-
nitur in eo paucitas, & multitudo,
H &.d.& habemus accipere,&c.i.& in
numero simplex inuenit minimū,v.
g. duo,aut vnum, si intelligerimus
p minimū illud,quod est indiuisibi
le,s. vnitatem. Et. cum declarauit
q in numero simplex possibile est in
uenire minimū,& indiuisibile,s. vni
tatem, declarauit q numerus alicu-
ius est econtrario,& q quodammō
inuenitur in eo minimū, & quodā-
modo nō,& dixit: Quod aūt est au
quis numer°,&c.i. illud autē, q est
numerus alicuius, potē est, fm q est
numerus vnitatē indiuisibiles,in il
lo genere inueniri minimū eius.&,
I fm q est numerus alicuius, cui acci
dit diuisio in infinitū,nō inuenit in
eo minimū. D.d.v.g. linea,&c.i. qm
cū linea accipiatur, fm q est mēsu-
rans,& numerans,tūc minimū eius
erit,aut vna linea: si intelligitur p
minimū illud, quod non est diuisi-
bile in illa mensura, s. per quod mē
suratur numerus illius lineæ, & est
illud, quod est ex eo quasi vnitas:
aut duæ lineæ,si intelligitur per mi
nimum prima multitudo numeri.
duo enī sunt huiusmodi,s. qui: sunt
minima multitudo numeralis. Et,
cum declarauit q accidit ei, fm q K
est numerus, vt ex eo inueniat̄ ma-
ximum illis duobus modis,quibus
inuenitur in numero,incepit decla
rare q,fm q est mensura,& nō nu-
merus simpliciter, accidit ei etiā vt
in eo non inueniatur minimum,&
est diuisibile in duo naturaliter, &
dixit: mensura,&c. idest, qm non di
uiditur in indiuisibile, sicut diuidit
numerus.& hoc declaraturi in sex
to huius libri. Et, cum declarauit q Tex. 4
in continuo quodammodo inuenium & sex.
tur propria numero,& quodammo
do propria continuo,& hoc erit, cū
numeraf,& tempus fuerit cōtinuū, L
concluſit ex hoc, q tēpus est limōs,
& dixit: Et similiter est de tepore,s.
& quia tps est cōtinuum,necesse est
vt in eo inueniatur. minimū quodā
mō,& alio mō nō inueniaf,fm quē
qd numeraf, inuenitf in eo minimū,
& est vnum tempus, per quod nu-
meratur, aut duo tempora: secun-
dum autem quōd est mensura,non
inuenitur in eo minimum.

Manifestum autē est & pro-
pter quid velox quidē & tardū
non dicitur, multum autem & M
paucum,& longū & breue. qua
tenus enim continuum est, lon-
gum & breue dicitur, quatenus
autē numerus, multū & paucū.
velox autem & tardum nō est.
non enim numerus, quo nume-
ramus, velox, & tardus vllus.

At an. sextum est igitur, quod in eo non dicitur velox & tardum, & dicitur in eo multum & paucum, & longum & breue. secundum enim quod est continuum est

tem

A *longum & breue, ſecundum autem quod eſt numerus eſt multum & paucum. velox vero, & tardum non eſt. quoniam neque numerus, per quem numeratur, eſt velox, aut tardus omnino.*

109 Hic dat tria propria tẽpori: quorum Vnum eſt ꝙ non ſit velox, aut tardum. Secundum autẽ eſt, qm̃ poteſt dici multum, & paucum, quod eſt proprium numero: Tertiũ autẽ eſt, qm̃ eſt longum & breue, qđ eſt B propriũ quantitatis cõtinuę. & hoc poteſt dici, fm̃ ꝙ eſt cõtinuũ, i. quia ſequitur continuum. multum vero & paucum poteſt dici, fm̃ ꝙ eſt numerus. velox aũt, & tardum nõ põt dici, quia eſt nſierus: & numerus nõ põt diſponi per alterũ iſtorũ oppoſitorum. et contraria ſunt falſa in eo, quod non eſt ſubiectũ propriũ eis. quod nõ accidit in cõtrarijs. Et quęret aliquis, ſi tẽpus quodãmodo eſt continuũ, & quodãmodo diſcretũ, quare definitum eſt per diſcretum, cum dicitur ipſum eſſe numerum? C Dicamus igit̃ ad hoc, ꝙ extra mẽtem non eſt niſi motũ, & tẽpus non fit, niſi qñ mens diuidit motum ſm̃ prius, & poſterius: & hæc eſt intẽtio numeri motus, i. motum eſſe numeratũ: ergo ſubſtãtia tẽporis, quæ eſt in ꝙ eo quaſi forma, eſt numerus, & quod é in eo, quaſi materia, eſt motus cõtinuus: qm̃ nou eſt numerus ſimpliciter, ſed numerus motus. cõtinuatio igitur accidit et gratia materiæ, & diſcretio, i. numerus gratia formæ. & eſt cõpoſitum ex duabus quantitatibus. ſ. diſcreta, & cõtinua. & iſta compoſitio accidit mẽſuris, quando diuiduntur. & cõſyderatio, quæ eſt in decimo Euclidis eſt de magnitudinibus. in illo enim tractatu conſyderat de magnitudinibus, fm̃ ꝙ ſunt numerus. D

Et idem etiã vbi ꝙ ſimul eſt. prius autẽ, et poſterius non idẽ. quia & mutatio preſens quidẽ vna eſt: facta vero, & futura, altera. Tempus autẽ numerus eſt, nõ quo numeramus, ſed qui numeratur. hoc aũt accidit fm̃ priꝰ, & poſterius ſemper alterum. ipſa enim nunc altera ſunt. Eſt autem numerus, vnus quidem, & idem centum equorum, & centum hominum: quorum autem numerus eſt, altera ſunt, equi ſcilicet ab hominibus. Tps ẽ nũc rus ſ. quo nũcram?, ſed qui numeratur. Idẽ ſupra tex. 102. E

Et in omni loco, quod vere eſt inſimul, eſt idem. prius autem, & poſterius non eſt idem. quoniã trãſmutatio etiam preſens nõ eſt idẽ: quod autem fuit, & erit, eſt diuerſum. Et tempus non numerus eſt, per quẽ numeratur, ſed numerus numeratus & contingit hoc, vt prius, & poſterius ex eo ſint ſemper diuerſa. quoniam inſtãtia ſunt diuerſa. Et numerus centum equorum, & numerus centum hominum eſt idem: illa autem, quorum eſt hoc, ſunt diuerſa, quia ſũt equi, & homines. E F

Nititur in hoc ſermone narrare accidentia, quæ accidunt tpi, fm̃ ꝙ eſt numerus, & accidẽtia, quibꝰ differt à numero, fm̃ ꝙ nõ eſt numerus ſimplr, ſed ꝑnmerus numeratꝰ. 110

Et dixit Et in oĩ loco, &c. i. & in oĩ

G hoc illud, quod accipitur de tẽpore
præsenti, i. sm actu est idem & in om
m motu, & in omni loco. & causa t
hoc est, qm̃ instans non multiplica
tur p multiplicationem motorum,
aut motuum, cum sit numerus eo-
rum, & numerus non multiplicat p
multiplicationẽ numeran. Et, cum
declarauit hoc, quod accipit qs, fm
ꝙ est numerus, incepit ẽt declarare
ꝙ accidit ei, fm ꝙ est numeratum. i.
numerus motus, & non numerus
simpliciter, & dixit, prius autẽ, & po
sterius, &c. i. prius, autẽ, & posterius
quia est idẽ fm subiectũ, sed ẽ diuer-
H sum fm definitionẽ. & hoc nõ acci-
dit in numero simplici, sed hoc acci-
dit tpi, quia tps est mẽsura trãsmuta
ti, & transmutatũ est idẽ fm defini-
tionẽ, & subiectũ. pn̄s vero, & poste
rius diuersant fm definitionẽ, Cũ
prioritate, & posteritate vt dictũ est
Com. 99. superi⁹. D.d. Et tps nõ est numerus,
&c. & intendebat declarare p hoc, ꝙ
ex hoc modo accidit ei diuersitas in
præterito, & futuro, & vltra prior, &
posterior: & hoc est ꝙuale instan-
ti, & tẽpori. & ideo dixit post: & cõ-
tingit hoc, &c. i. & sequit ex hoc ꝙ
tẽpus est numer⁹, & numeratum, i.
I numerus motus, vt pri⁹ ex eo, & po
sterius d. uersent fm definitionẽ, li-
cet sint vnũ fm subiectum. D.d. in-
stantia enim sunt diuersa, i. fm pno
mtatẽ, & posteritatẽ. D.d. Et nume-
rus cẽtum equorum, &c. declarauit
ex hoc qm̃ est proprũ numero sim
pli hoc, ꝙ non multiplicat per mul
tiplicationem suorum subiectorũ,
& ꝙ subiecta multiplicant, & ꝙ il-
lud, quod est numerus quodã mo-
do, et numeratũ alio modo, sicut ẽ
dispositio in tpe, accidit ei vtrũq;, ſ
multiplicari per multiplicationẽ su
biecti, et adunari p formã, fm ꝙ ẽ ſ
numer⁹. et ex hoc modo prius, et po
sterius in tpe sunt idẽ in omnibus
motibus, non multiplicata per mul
tiplicationẽ eorum: sicut est dispo
no in instanti. Et causa in hoc est,
qm̃ est prius, et posterius in motu
cõtinenti totũ. et ideo omnia sunt
in tẽpore, quia sunt in sphæra mun
di, vnde quidam existimauerunt tẽ
pus esse sphæram, aut mundum.

Amplius autẽ, vt cõtingit mo Nota fili
tum esse eundẽ, & vnum iterũ, & iterũ, sic & tẽpus cõtingit, vt annum, aut ver, aut autumnũ.

Et etiam sicut est possibile, vt idem motus iteretur post alium, similiter est hoc possibile etiam in tempore, verbi gratia hyemi, & ver, & autumnus.

Declarat hoc, ꝙ accidit tpi illud, qđ accidit motui circulari. & hoc demonstrat ipsum sequi motũ circularẽ, non motũ rectũ. mot⁹ enim, qui potest iterari iterum post aliũ, est idẽ cum circulari. & adduxit hoc monens fm modũ sermonis, dicens causam ei⁹, ꝙ est tẽpus circulare. Et quasi aliquis diceret, qđo est possibile tps reuolui? Et tunc dicit hic, quia declaratũ est ipsum sequi motum. &, quẽadmodũ possibile est eũdem motum reuolui in se, sic circularem, similiter temp⁹, v.g. hyemẽ, & autumnum, & æstatem, & ver, quoniam vnumquodq; reuoluitur.

Non solum autẽ motum tempore metimur, sed & motu tempus: propterea ꝙ à seruitem dẽ finiuntur. tempus enim definit motum, cum sit numerus ipsi⁹: motus autem tẽpus. & dicimus multum,

A multum, aut paucum tempus, motu metientes: sicuti numerabili numerū. vt equo vno equorum numerum. numero enim equorum multitudinem cognoscimus: rursus aūt in vno equo ipsum equorū numerū. similr aūt & in tpe, & motu. tpe enim motū, motu aūt tēpus mēsuramus.

Et non solūmodo motus mēsuratur per tempus. sed tempus per motū etiā: quoniam vtrunq; determinat reliquū. per tēpus enim determinatur motus. quia est numerus
B *illius: et quandoq; etiā tempus per motum. dicimus enim tempus magnum, & paruum nos mēsurando ipsum per motum. quemadmodum etiam per numeratum terminamus numerū. v.g. quoniā quādoq; notificamus numerū istorū equorū per vnum equum illorū. quemadmodum igitur per numerum notificamus numerum equorum, & per vnum equum etiam notificamus illum numerum, ita est etiā*
C *de tempore, et motu. mensuramus enim tempus per motum, & motum per tempus etiam.*

112 Quia substātia tpis ē aliquis numer°, & actio numeri est mēsurare, ideo actio substātię tēporis est mensurare motū. Et, quia numero accidit ei per accidēs ipsum numerari p numeratū, & ideo cōtingit pi etiā per accidēs ipsum mēsurari per motum, dixit: Et non solūmodo, &c. & intelligendū est ex hoc, q tps mēsurat motū, q hoc est essentiale ei, & D ex hoc, q motus mēsurat tps, quod hoc est accidēs ei. Et, cū narrasset q vtrūq; mēsurat reliquū hoc modo, quo diximus, dedit causam in hoc, & dixit: qm̄ vtrūq;, &c. i. & necesse ē vt vtrūq; mensuret reliquum, quia vtriusq; paucitas, & multitudo determinat in eo p reliquū: & omne, quod determinat p aliud, est mēsuratū per illud. D. distinxit hoc, & d. per tps enim, &c. i. per tēpus vero determinat mot° essentialiter, qm̄ substantia tpis est numerus motus. &, quia determinatio tpis per motū ē per accidēs, dixit: & qnq;, &c. i. & de E monstrat per hoc, q dixit, qnq;, q hoc raro accidit, & q est p accidens. D. declarauit hoc, & dixit: dicimus enim, &c. i. & nos cōprehendimus tps esse magnū, cum nos cōprehēdimus q motus, qué sequitur tps, est magnus. D. declarauit modum, ex quo accidit tēpori mensurari p motum, & est mod°, ex quo accidit numerato mēsurare numerū, & dixit: qm̄ mensuratur p motum, &c. i. & accidit nobis mensurare tps per motum, sicut accidit nobis numerare p numeratum in aliqua hora ipsum numerū: licet rectū sit nūerare numeratū per numerum. sed, cū dubitamus de nūero, tunc numeram° ipsum per numeratū: vt accidit numerantibus, qn̄ significāt numeros digitis: & accidit nobis, sicut dixit. numerare numerū istorū equorum per vnum equū illorum, qn̄ dubitamus de numero illorū: qm̄ prius cognoscimus per vnū numerum, numerum equorū: & cū dubitam° de numero illorū, cognoscim° hoc per ipsos equos. Et, quia proportionalitas in hoc inter numerū, & nume-

Licet rectū sit numerare numeratū p nūerū: tā cū dubitam° de nūero. tūc nūeram° ipm p nūeratū. F

G merati, & motum, & tẽpus, eſt vera, ſ. in hoc, ꝙ verũq; numerat reliquũ eo modo, quo diximus, ſ. qm̃ vnum numerat alterũ eſſentialiter, & alte rũ numerat illud p accidẽs, d. quẽad modum igit̃ cognoſcimus per mẽſu rum, &c, i. quẽadmodũ igit̃ per numerũ ſcimus numeratũ, ſic ſcimus numerum iſtorũ equorũ per nume rum, cũ numerus eorum fuerit cognitus. ſiſt per numeratũ, quod eſt equus vnus, ſcimus numerũ illorũ, cum acciderit nobis dubitare, aut er rare in numero illorũ. & ita eſt de tempore cũ motu, & accidit nobis H vt numerũ numerari p numeratũ ſit per accidẽs. qm̃ non facimus hoc ſemp in principio, ſicut facim⁹ hoc in mẽſuratione numerati p numeru: ſed facimus hoc per accẽs, ſ. ꝙ illud ꝙ eſt notius apud nos naturaliꝰ, eſt numer⁹, & ignoratũ naturaliter eſt numeratũ: & ſic ſemp per noti⁹, quod eſt numerus, ſcimus latẽtus, quod eſt numeratũ. &, ſi poſt hanc cognitionẽ accidit nobis errare, aut dubitare ſ numero, tũc reuertimur, & ſcim⁹ numerũ per ipſum numeratum. & ſm hoc eſt intelligẽdum de numero, & numerato, & motu, I & tẽpore, ſcilicet in hoc, ꝙ vtrunq; numerat reliquum.

Et hoc rationabiliter accidit. Sequitur enim magnitudinem motus, motum autẽ tempus, ex eo, quia quãta, & cõtinua, † & diſcreta ſunt. } propter ea enim ꝙ magnitudo ẽ huiuſmodi, motus hæc patitur: propter autem motum tempus. Atq; menſuram⁹ & magnitudinem, motu, & motũ magnitudine. multã erũ dicimus eſſe viam, ſi ambulatio multa eſt, & hãc, multam, ſi via K multa ſit: & tempus, ſi motus, & motum, ſi tempus.

† a. l. diuiſibilia ſita

Et recte ſequitur hoc. Quoniam motus ſequitur quantitatem, & tempus ſequitur motum, qua eſt de quantitate, & eſt de diuiſibili. quoniam, ſecundum quod menſura eſt talis, motus eſt talis: et quia motus eſt talis, tẽpus eſt tale. Et etiã menſura a menſurato fit per motum, & motus per menſuram. dicimus enim viam eſſe longam, quando L curſus fuerit longus, & dicimus curſum eſſe longum, quando via fuerit longa: & dicimus de tẽpore ſecundum motum, & de motu ſecundum tempus.

Id eſt recte cõtingit vt tps mẽſu- 111 ret motum. qm̃ quẽadmodum motus ſequit menſurã in hoc, qđ eſt de quãto, & de cõtinuo, & diuiſibili, ſ. qm̃ iſta eſſe in motu eſt, ꝓpter illa eſſe in mẽſura, ſimiliter tps ſequit̃ motum, in habendo iſta, ſ. quia eſt quantum diſcretum quodã modo, & cõtinuũ alio modo, i. ꝙ iſta ſunt in eo, ꝓpter hoc, ꝙ ſunt in motu. Et M hoc intendebat, cũ dixit: qm̃ ſm ꝙ mẽſura eſt talis, &c. i. qm̃, ſm ꝙ mẽſura eſt hmõi continuationis, & diſcretionis, & quãtitatis, ideo mot⁹ ẽ hmõi de quãtitate, & diſcretione, & cõtinuatione: & quia mot⁹ ẽ hmõi de cõtinuatione, aut diſcretiõe, ideo tps eſt hmõi. Et intẽdebat p hoc declarare ꝙ cauſa ſ hoc, ꝙ accidit tps, ſ. ꝙ menſurat̃ per motũ ẽ, quia mot⁹ eſt cauſa in eſſe ei⁹, ſm ꝙ ẽ ſubiectũ illi⁹. & ideo accidit ei, cũ fuerit ima-

A imaginatum ipſum eſſe mẽſuram extenſam per extenſionem motus, mentirari per motum ſm modũ, quo menſurat motũ. ſed differunt, qm̃ motum menſurare ipſum eſt accidens motui: tſs vero menſura re motum eſt illi eſſentiale: cũ eẽna eius ſit menſurare motum. Et, quia diſpoſitio temporis in hoc cũ motu eſt ſicut diſpoſitio motus cũ menſura, ſ. qm̃ menſurã eſſe eſt eũ eſſe motus, narrauit ꝙ ſimiliter accidit quantitati ẽt cum motu de menſuratione vtriuſq; à reliquo, ſicut accidit tempori cũ motu, & dixit: Et ẽt menſura menſuratur per motũ, &c. D. d. & dicamus de tẽpore ſm motum, i. & menſuramus tẽpus per motum. Sed ſciẽdum eſt ꝙ ſubſtantia motus nõ eſt in menſuratione ſpatij, ſicut ſubſtantia temporis eſt in menſuratione motus.

B

Quid ſit in Tempore eſſe. Quæ ſunt ea, q̃ ſunt in Tempore, et quæ non ſunt in tẽpore. Tempus ꝙ, ut motum, ita & quietem menſurare. Cap. 6.

C

QVoniam aũt tempus eſt mẽſura motus, ipſiuſq; moueri, metiſ aũt hoc motum determinando quendã motum, qui mẽſurabit totum, ſicut & longitudinem cubitus, determinando aliquam magnitudinem, quæ remetietur totã, & eſt motui, in tẽpore eſſe, menſurari tempore, & ipſum, & eẽ ipſius: ſimul. n. motum, & eſſe motus menſurat: et hoc eſt ipſi in tpe eſſe, menſurari ipſius eẽ.

Et, quia tempus menſurat motum, & moueri, & motus menſuratur, quando per illud terminatur aliquis motus, per quem menſuratur totus motus, ſicus per cubitum numeramus longum, quando per ipſum terminamus aliquam menſuram, per quam menſuratur totum. motum. n. eſſe in tempore eſt, quia tempus mẽſurat eſſentiã eius, quoniam menſurat ſubſtantiã motus, & eſſentiam eius. & intẽtio eius, quod eſt in tempore, eſt, quia numerat eſſentiam eius.

D

Intendit narrare qũo dr ꝙ trãſmutabilia ſunt in tempore, & incõe 114
pit à motu, cum manifeſtius ſe habeat ad tẽpus, & dixit: Et, quia tempus, &c. i. &, quia tẽpus eſt illud, per quod menſuratur motus. qm̃ nos menſuramus motũ, ita, ꝙ per tẽpus determinamus aliquam partẽ motus, ſ. qm̃ per aliquã partem terminatam tẽporis terminamus aliquã partem terminatam motus, ſ. ꝙlibet ei, & poſt per illam partẽ menſuramus totum motum. v. g. cum dixerimus ꝙ iſte motus fuerit I quinque horis. ulta. n. mẽſuratio motus eſt, qñ acceperimus vnã horam, & determinauerimus per illã aliquã partem motus ꝙualem ei, & poſt per illam partem mẽſuramus alias partes motus, ſicut accipimus vnũ cubitum, & terminamus per ipſum aliquam partem illius, qñ volumus numerare, & poſt menſuramus ipſum per illam partem cognitam. quemadmodum igitur cubitus hic eſt notior apud nos q̃ illud, qd mẽſuratur per cubitum, ita iſta pars tẽporis debet eẽ notior, q̃ motus mẽſuratus p tempus: & iſta pars tem-

E

F

poris

G poris debet ſciri per notiorem motuum,& priorem illorũ, qui eſt motus diurnus, vt poſt dicet. D.d. illud, quod ſequitur ex hoc,& eſt,ꝙ dicere motum eſſe in tẽpore eſt idẽ cũ dicere tẽpus menſurare illum motum,hęc eſt intẽtio eius,qđ dicim⁹, ꝙ numeratum eſt in numero.&c.d. motum.n.eſſe in tempore, &c.t.&, cũ ita ſit de mõ menſurationis motus a tempore, ergo intẽtio eius, qđ dicimus ꝙ motus eſt in tẽpore, eſt ꝙ motus menſuratur per tempus, ſ.qm̃ motus menſurat ipſum, non eſſe ipſius: tempus vero menſurat
H de motu vtrunq;.ſ.quantitatem, & eſſe. & hoc accidit motui: quia nõ eſt ens ſm oẽs ſuas partes ſ actu: ſicut eſt diſpoſitio in menſura. & fuit te hoc intendebat, cũ d. menſurat in ſimul, &c. D.d.& intentio eius, qđ eſt in tempore, &c.t.& intẽtio eius, qđ dicimus, ꝙ omnis motus eſt in tempore, nihil aliud eſt ꝙ hoc, ꝙ tẽpus menſurat eſſe eius.

Manifeſtum eſt ꝙ et alĩs hoc eſt ipſum in tempore eſſe, menſurari ipſorum eſſe á tpe. In tpe .n.eẽ duorum eſt alterum. vnũ
Vide cõt. 21ni. I quidem eſſe tunc, qm̃ tẽpus eſt, alterum aũt, vt quædam dicimus, ꝙ in numero ſunt. hoc autẽ ſignificat, aut vt partẽ numeri, & paſſionẽ, & oſno ꝙ numeri aliquid eſt, aut ꝙ eſt ipſius numerus. Qm̃ autẽ numerus tẽpus eſt, ipſum quidẽ nũc, & prius, & quæcũq; ſunt hmõi ſic in tẽpore ſunt, vt in numero vnitas, & impar & par. hæc.n. numeri aliquid, illa vero tẽporis aliquid ſunt. Res autẽ, vt in numero, ita in tẽpore ſunt ſi au K tem hoc eſt, cõtinent à numero, ſicut & ea, q̃ ſunt in loco, à loco.

Et manifeſtũ eſt quod de alq; intentio eius, quod ſunt in tempore, eſt quod tempus numerat quidditatem eorum. Quæcũq; aliquid eẽ in tempore habet duas intẽtiones. quarum vna eſt, vt aliquid ſit, cũ tempus fuerit, & alia, ſicut dicimus, de quibuſdã rebus, quod ſunt i numero. & iſte ſermo ſignificat, aut illud quod ẽ quaſi pars numeri, L aut accidens ei, & vniuerſaliter aliquod attributum numero, aut quod habet numerũ. Et, quia tempus eſt numerus, inſtãs prius, & poſterius, & alia ſimilia ſunt in tempore, ſicut vnitas in numero, & par, & impar. iſta.n. attribuuntur numero, & illa tempori. Et res ſunt in tempore, ſicut ſunt in numero. & cum ita ſit numerus continet illas, ſicut locus contnet illud, quod eſt in loco. M

Et manifeſtum eſt ẽt, ꝙ intento 115 eius, ꝙ alia ſunt i tpe, eſt ꝙ tempus menſurat eſſentiam illorum, i. eſſe eorum, & ꝙ attributio illorũ tẽpori eſt, ſm ꝙ tẽpus continet illa ad modum eius, ꝙ numerus continet numeratum. Et, cum poſuit hoc poſtiõe, incœpit declarare illud, &c. d. Qm̃ aliquid eſſe in tempore habet duas intentiones, &c.t.& hoc apparet, qm̃ dicere aliquid eſſe in tempore habet alteram iſtarum duarũ intentionum. Quarum vna eſt, vt

tempus

A tẽpus sit cõiunctum cum esse eius, ita, ꝙ sit aliud ab eo, non continuũ cum eo. sed separatum. cõiunctum tñ in esse. i. vt inter illa non sit ligatio, nisi in esse eorum insimul. Sed aũt intentio est vt intentio eius, qđ dicimus aliqđ esse i tpe est aliqđ eẽ in numero. Et facit hanc diuisionẽ bimembrem. qm̃ notum est ꝙ ens attribuitur tempori, fm̃ ꝙ est coniunctum ei, non fm̃ ꝙ accipitur in definitiõe res, tanq̃ pars illius, neq; ꝙ res accipiatur in definitiõe illius. &, cum tempus sit cõiunctũ, non remanet vt attribuatur ei illud, quod

B est in tempore, nisi aut sicut numeratũ attribuitur numero, aut sicut aliquid attribuitur illi, quod existit cum eo: licet aliquis possit dicere ꝙ adhuc est ista tertia pars possibilis, quæ est attributio partis rei ad rẽ, & accidẽtium illius ad ipsam tẽ. & ideo iam cito post diuisit illam, qũ diuisit aliquid attribui numero, cũ d. & iste sermo, &c. sed apparet vlt ꝙ suitentatus est in hac declaratione super hoc, quod prius declarauit ſ. ꝙ tempus est aliquis numerus: & illa, quæ induxit, sunt ad confirmãdũ. Et, cum posuit ꝙ res attribuitur

C tẽpori altero duorũ modorum, aut sicut res, quę inuenitur in numero, attribuitur numero, aut sicut illud est coniunctum alicui in esse ad ipsum, cui cõiungitur, reuersus est ad diuidendũ ipsum, quod est aliquid esse in numero, &c. d. & iste sermo significat, &c. i. Et intendit per partẽ illud, qđ est in numero, quasi ſpẽs, & differentię, & per accidens consequentia essentialia, & per attributum illud, qđ est cõe accidentibus. Et intendit per hoc, ꝙ dixit, aut ꝙ habet numerum hoc, ſ. aut qđ attri

buitur ei, ita, ꝙ sit numeratũ ab D eo, ita, quòd ipsum sit numerus illius. & quasi dicat, & res attribuit numero, aut sicut aliquid, qđ accipitur in definitiõe numeri, aut sicut aliquid, in cuius definitiõe accipitur numerus, ſ. accidentia essentialia, aut sicut ea, quorum vtrunq; accipitur in definitione alterius, & sunt correlauua, quæ sunt in numero, vt duplum, & dimidiũ, aut sicut numeratũ attribuitur ei: & hoc est simile attributioni continentis ad contentum. Et, cum posuit hoc, incepit narrare quid inuenit ex istis in tempore: licet hoc non fuerit in E tentio eius. qm̃ intentio eius fuit clarare, quo attribuuntur tempori res existentes in tpe, sed vidit ꝙ, cũ fuerit declararum quę sunt illa, quę sunt de tpe, sicut partes numeri de numero, & accidentia eius, declarabitur ex hoc ꝙ attributio rerũ tempori est alia. Et d. Et, quia tẽpus, &c. i. &, quia tempus est numerus, necesse est vt in eo sint ẽt aliqua, ꝙ ita sint in eo, sicut vnitas, & par de numero: & sunt instantia, quæ multiplicantur per prius, & posterius, vt declaratum est prius. propositio. n. istarũ ad tẽpus est similis ꝓportioni differẽtiarum numeri ad numerum. & hoc intendebat, cũ d. ista. n, attribuuntur numero, &c. Et, cũ posuit ꝙ tps est numer⁹, & ꝙ illa, quę attribuuntur numero, sunt duobus modis, aut de natura numeri, aut numerata, quę continet numerus. & est declaratũ ꝙ illa, ꝙ sunt in tpe, ꝙ sunt illa, ꝙ sunt de natura numeri sunt alia ab eis, ꝙ sunt in tpe, concluſit ex hoc, ꝙ illa, q sunt in tẽpore, attribuunt tpi, fm̃ ꝙ numeratũ attribuit numero, & dixit: Et res

sunt

G ſunt in tpe, &c. & forte induxit ciuo hanc cõclusionẽ, anteq̃ deſtrueret ter minũ diuiſionem, q̃ eſt vna diuiſionũ ſyllo: quia iam declarauit eſt q̃ tẽpus eſt numerus. &, cum ita ſit, illa, quæ attribuuntur ei, ſunt duobus modis, aut partes, aut accidentia ei, aut numerata ab eo. &, quia illa, q̃ ſunt ex eo quaſi partes, & accidentia, ſunt alia ab eis, quę dicunt eſſe in tpe, ſequitur vt illa, q̃ dicunt eſſe in tpe, attribuant ei, ſm q̃ numeratũ attribuit numero. & quaſi induxit tertiam diuiſionem ad cõfirmãdũ, no quia é neceſſaria ĩ hoc ſyllo.

H D.d. numerus. n. cõtinet illas, &c i. &, quia res ſunt in tpe, ſicut numerata in numero: & numerus cõtinet numerata ſm modũ ſimilẽ ei, ſm quem locus cõtinet locatum: neceſſe eſt vt tẽpus cõtineat numerata.

Manifeſtum aũt eſt et q̃ non eſt in tempore eſſe, eſſe q̃n tempus eſt, ſicut neq; in motu eſſe, neq; in loco, q̃n motus, et locus eſt. Si. n. erit id, qđ eſt in aliquo, ſic, omnes res in qđlibet erũt, et cœlum in milio. q̃n. n. milium eſt, & cœlum eſt. ſed hoc quidẽ accidit, illud aũt neceſſe eſt con I ſequi, & id, quod eſt in tpe, eſſe qđdã tps, q̃n & illud eſt, & id, quod eſt in motu, eẽ tũc motũ.

Et eſt manifeſtum, quod intentio eius, quod aliquid eſt in tempore, non eſt quod aliquid ſit, cum tẽpus fuerit, quemadmodum intentio eius, quod eſt aliquid eẽ in motu, non eſt vt ipſum ſit, cum fuerit motus, neq; intentio eius, quod eſt aliquid eẽ in loco, eſt vt ipſum ſit, cum fuerit locus. Quoniam, ſi aliquid eſſe in loco, habet hanc intentionẽ, neceſſe eſt vt omnia ſint in qualibet, & cœlum in milio quoniam, cum vnum eorũ nulla fuerit, cœlum erit ẽt, ſed per accidens. neceſſarium vero eſt, vt ſemper ſequatur aliquid eſſe in tempore aliquod tempus eſſe, cum illud fuerit, aut ſequatur aliquid eẽ in motu, motum eſſe in illa hora. K

Cum diuiſit attributionẽ rerum tẽpori in attributionem cõiunctionis, & in attributionẽ rei ad numerũ, & diuiſit attributionẽ rei ad numerũ in duo, quorũ vnum eſt attributio rerũ eſſentialium, q̃ ſunt ĩ numero ad numerũ, & aliud attributio eſt numerati ad numerũ, & declarauit quę ſunt illa, quæ ita attribuuntur tpi, ſicut res eſſentiales attribuũtur numero, cum tps ſit numerus, feſtinauit, & poſuit q̃, ꝓportio entiũ, q̃ ſunt in tpe, ad tps eſt ſicut proportio numerati ad numerum, anteq̃ deſtrueret terminũ diuiſionẽ. Et fecit hoc, ſicut diximus, quia conclusio erat verificata ei ꝓp hoc, qđ declarauit prĩo de tpe, q̃n eſt aliquis numerus. &, cũ fecit hoc, intendebat cõplere primã rõnem, a qua ſexpit. & ĩo reuerſus eſt ad deſtruẽdũ primã diuiſionẽ, a qua incœpit ſermonẽ, & dixit: Et manifeſtum eſt, &c. i. q̃n, cum manifeſtũ eſt per ſe, q̃ dicere aliquid eſt in tpe é ſicut dicere aliquid eſſe ĩ motu: & é manifeſtũ per ſe q̃ aliquid eſſe ĩ motu nõ eſt intẽtio eius, qđ eſt, q̃n motus fuerit: ergo neceſſe eſt vt intẽtio eĩ, q̃ aliquid ſit in tpe, nõ ſit, vt cũ fuerit, L 116 Cõmentũ M Expõlia

A rit,erit tps. &,quia proportio eſt ali
cuius ad tps eſt ſimilis proportioni
eſſe eius ad locū,& eſt manifeſtum
q̄res nō attribuatur loco,ita. q̄ erit,
cū fuerit locus,ideo neceſſe é, vt ita
attribuat tēpori.& iō dixit poſt,ne-
que intētio,&c. Et,cū dedit rōnē ad
deſtruendū vt aliquid attribuat lo-
co attributiōe cōiunctiōis, incepit
cōfirmare rōnem ſuam inducēdo
inopinabile ſequens hāc poſitionē
in loco,ſ.dicere q̄ intentio eius, q̄d
eſt aliquid eſſe in loco, eſt q̄, cū fue
rit locus,erit res & dixit: Qui, ſi in-
tento eius, q̄d eſt aliquid eſt loco,
B &c. q̄m ſi intentio eius, q̄d eſt ali-
quid eſſe i loco eſt vt ſit,q̄n loc⁹ fue
rit tūc intētio eius nō erit, niſi hoc,
q̄ locus res ſit oē, q̄d, cū fuerit,erit
res ſm cōiunctionem, nō ſm eſſentia-
lem.&,cū ita ſit, & coniunctiones
ſunt plures, tūc idē erit in pluribus
ſimilus.& magis inopinabile eſt q̄,
ſi locus eſt illud,q̄d,cum fuerit,erit
res,&,q̄n nullum fuerit, erit cœlū,
tunc ſequitur vt cœlum ſit in nullo.
D.d.ſed hoc eſt p accidēs, i.ſed iſta
conſecutio eſt p accidens, ſ.dicere,
q̄,cū fuerit nullū,erit cœlum. & ſi-
militer dicere, q̄,cum fuerit tps,erit
C homo,&,cum fuerit homo, erit tē-
pus. D.d.neceſſarium vero eſt,&c.i.
cōſecutio aūt neceſſaria eſt, vt ſem
per ſequat ex eſſe alicuius in tpe eē
tps proprij illi rei,non eſſe tps ſim
pliciter: & iſtā cōſecutio neceſſaria
motus ex eſſe alicuius,q̄d eſt in mo
tu,nō ē cōſecutio ſimplr,ſ.q̄, cū ali
quid fuerit, erit motus ſimplr: ſed
cōſecutio neceſſaria ſ hoc eſt, q̄,cū
aliquid fuerit, erit motus proprius
Declaratio. ei. Et intendebat per hoc declarare
dictum. diſtinctionē inter conſecutionē eſſentia-
lem, & accidentalem, dicēre.n.ali-
quid eſſe in tēpore proprio ſibi eſt D
dicere, q̄,cū fuerit, erit pp hoc illud
tempus proprium ei. iſta igitur eſt cō
cōſecutio neceſſaria.& non eſt diſtia
inter dicere q̄ aliquid eſt in tēpore,
aut dicere q̄, cum fuerit tēpus, erit
illud, quod eſt in illo tempore.

Qm̄ autē eſt, vt in numero,
eſſe in tempore, accipietur ali- 89
q̄d maius tempus omni eo, q̄d
eſt in tempore. Quapropter ne-
ceſſe eſt omnia ea, quæ in tem-
pore ſunt, contineri à tēpore, ſil-
cut, & alia, quęcunq; in aliquo
ſunt: vt ea, quæ in loco ſunt, à E
loco. Et p.n. itaq; aliquid à tem-
pore, ſicut & dicere cōſueim⁹
q̄ tabefacit tēpus, & ſeneſcunt
omnia tēpore, & obliuiſcuntur
propter tempus, ſed nō didicit,
nec nouū factū ē, nec pulchrū.
corruptionis.n. cauſa ſe ma
gis eſt tēpus.numerus.n. ipſius
motus eſt: motus autē expellit
id, q̄d ineſt. Quare manifeſtum
eſt q̄ ea, quæ ſemper ſunt, qua-
tenus ſemper ſunt, nō ſunt in tē
pore.non.n. cōtinent à tēpore,
neq; menſuratur eſſe ipſorū à tē
pore. Signū aūt huius eſt, q̄ ne-
que patiunt quicquā à tempo
re, tanq̄ non exiſtentia in tpe.

Tps corru
ptiōis cā.
Vide cōm.
Zim.
Ea,quę ſp
ſunt, ſi ſunt
i tpe, qua
tenꝰ ſemp
ſunt.
F

*Et, ſi res non inuenitur in tem
pore, niſi ſecundum quod eſt in nu
mero, poſſibile eſt inuenire tēpus
maius tempore cuiuslibet exiſten
tis in tempore. Vnde neceſſe eſt vt
omnia exiſtentia in tempore con-
tineantur a tempore, ſicut alia ex-*

iſtentia

G *iſt entia in aliquo : vt locus continens rem, quæ eſt in loco. Tempus igitur operatur aliquid in iſtis omnibus rebus, vt ſummus aſſueti docere quòd tempus induxit ſenectutem, & corruptionem omnia, & facit oblivisci omnia, et non discimus ipſum docere, & remanere, & mori. Et non operatur. tẽpus. n. per ſe dignius eſt vt ſit cauſa corruptionis, quia eſt numerus motus : & motus auferri eius. Manifeſtũ eſt igitur ex hoc,*

H *quòd res æterna, ſecundum quod ſunt æterna in eſſe, non ſunt in tẽpore, quia tempus non continet illas, neq; menſurat eſſentiam illarum. Et ſignum eius eſt, quia non operatur in eis omnino ſicut illud, quod non eſt in tempore.*

117 Intẽdit in hoc capitulo dare differentiam inter illa, quæ non ſunt in tpe, & quę ſunt, & dicit : Et, ſi aliquid non eſt. &c. & iſte ſermo potuit ſic. Oẽ, quod eſt in tpe, eſt in eo, vt numerarum in aliquo numero : & oẽ, qđ eſt in aliquo numero, numerus excedit ipſum in duobus extremis : ergo oẽ, qđ eſt in tẽpore, tempus excedit ipſum in duobus extremis. Et maior propõ in hoc ſermone, ſ. dicẽs φ res eſt in tẽpore, ſicut numeratum in numero, eſt manifeſta p ſe ex declarans, & ſiſt minor. D. d. Vnde neceſſe eſt, &c. i. vnde neceſſe ẽ vt oſa cõtineãtur à tpe, & tps excedat illa. Et intẽdit p hoc, qđ d. ſicut alia exiſtẽtia I aliquo, id eſt, ſicut oſa, q̃ attribuunt alicui cõtinenti. v. g. ſicut attribuit

I aliquid loco, vt aqua vaſi. locus. n. continet locatũ, & vas aquã : & ſiſt tps exiſtẽtia in illo, & numerus vt numeratũ. D. d. Tps igitur operat, &c. i. tps igit, frm φ cõtinet illa exiſtentia in ipſo, & ſequitur I hoc cõtinẽs operans, qđ eſt motus totius, neceſſe eſt dicere ipſum operari in res exiſtẽtes in ipſo paſſione corruptionis. & ió oẽs cõuenit in hoc, φ tps inducit ſenectutẽ, & corruptionẽ ad oſa, & nõ dicunt ipſum remanere, & docere. D. d. cũm, pp quam attribuit ei corruptio, & nõ gñatio: & ſi vtrunq; inueniat in ipſo, quia ſequit motũ circularem. & dixit, tempus. n. per ſe, &c. i. & hoẽs attribuũt ei corruptionẽ, & nõ generationẽ. qm̃, cum tps attribuitur per ſe operatiõi, dignius eſt vt attribuat operationi, quę inuenit eſſentialiter in re, quã ſequit tps, ſ. in motu & a motus naturaliter in ſe habet, vt p ipſum auferatur res à ſua ſubſtantia & iſta ablatio inducit per ſe corruptionẽ rei : licet inducat generationẽ I rebus generatis per accns. b ex motu igitur inuenit generatio p accidens, & corruptio p ſe : & ex re inuenitur vtrunq; per accidens : ſed generatio per accns accidentis. tps. n. accidit ei, cui accidit generatio ex motu, & ſequit ex illo, I quo inuenitur corruptio p ſe. corruptio igit attribuit ei, quaſi ſecũdario, & generatio quaſi per accidens putũ. Et, cum declarauit φ illa, quę ſunt I tpe, ſunt illa, q̃ tps excedit ex vtraq; parte, declarauit ex hoc φ res ęternę non ſunt in tpe, ſic. Tps nõ continet res ęternas: & continet res exiſtẽtes in tpe : ergo res ęternæ non ſunt in tpe. D. d. Et ſignũ eius, &c. induxit hoc ad confirmandum ex

K

L

a Mod
liter in
bet vt p
ſui eſſe
tur res
ha ſubſ
Vid tic
potest
ſtat. c
ph. c.
Vnde
ſtim.
M
b Et
ru ine
gnatio
accns.
corrupt
p ſe &
tpe ine
vtrũq;
accns
gnatio
accns
cũs. ac
reppon
to eſt
diſcdara
Et ide
hoc, ſta

A hoc, ꝙ apparet ſenſui. & inteḋit per res æternas corpora cœleſtia. apparet. u. ſenſui ꝙ tps non operatur in eis: ſed ola, quę ſunt in tpe, tempus operat in eis: ergo res æternæ non ſunt in tpe. D. d. ſicut illud, qđ non eſt in tpe. & innuit ſeparata a materia. corpora. n. cœleſtia, licet non ſint in tpe, & ſm ꝙ tps nõ cõtinet illa, tñ ſunt coexiſtentia cum tẽpore, ſ. ꝙ eſſe eorum, quod eſt i moꝫ, eſt coexiſtẽs cũ eſſe temporis, coexiſtẽtia quantitatis cum quantitate. res autem ſeparatæ non habent continentiam, neq; coexiſtẽtiam. & ideo
B dixit: ſicut illud, quod nõ eſt in tẽpore, ideſt in aliquo modo.

Qm̃ autem tps menſura motus eſt, erit & quietis menſura ſm accidens. omnis. n. quies in tempore eſt. non. n. vt quod eſt in motu neceſſe eſt moueri, ſic & quod in tempore. non. n. tempus motus eſt, ſed numerus motus. in numero autẽ motus põt eſſe & quieſcens. non a. n. omne
No of i- mobile q- ſcit, ſed priuatũ motum ap- C. ũ aũt nã moueri. phꝫ 16. immobile quieſcit, ſed priuatiũ motu, aptum aũt natura moueri, ſicut dictum eſt in prioribus. Eſſe aũt in numero eſt eſſe quẽdam numerũ rei, & menſurari eſſe ipſius numero, in quo eſt, quare, ſi eſt in tpe, à tpe. Menſurabit autem tempus id, qđ mouetur, & qđ quieſcit, quaterꝰ hoc quidem mouetur, illud vero quieſcit. motum. n. ipſorum menſurabit, & quietem, quanta quædam.

Et, cum tempus menſuret motum, menſurat ẽt quietem. omnis

n. quies eſt in tempore. quoniã non D
omne, quod eſt in motu, neceſſe eſt vt moueatur, ſimiliter ẽt quod eſt in tempore. tempus. n. non eſt motus, ſed numerus motus. & rectũ eſt vt quieſcens ſit in numero motus. & non omne, quod non mouetur, neceſſe eſt vt quieſcat, ſed omne, quod innatum eſt moueri, & caret motu, ſicut diximus ſuperius. Eſſe autem alicuius in mouero eſt, vt illud habeat aliquem numerũ, & quòd eſſentia illius mouE
ſuretur à numero, in quo eſt. et eſſe alicuius etiam in tempore eſt, vt menſuretur à tempore. Et tempus menſurat res motas, ſecundum quòd eſt res mota, & menſuras quieſcens, ſecundũ quòd eſt quieſcens. menſurat enim motum, & quietem, quotus eſt, & quota eſt.

Cum declarauit quòd illa, quæ 118
exiſtunt in tempore, ſunt in tempore, ſecundum ꝙ illa ſunt in numero: & omne, qđ eſt in numero, mẽſuratur ab illo numero: ergo neceſſe eſt vt omnia exiſtentia in tẽpore, menſurentur à tẽpore: &, quia tẽpus eſt numerus motus: neceſſe eſt vt mẽſuret res exiſtẽtes in ipſo, ſm ꝙ ſunt motę, aut in actu, & ſunt res motæ, aut in potentia, & ſunt quieſcentes. &, quia manifeſtius menſurat res motas quam quieſcentes, & ratio eſt in eis eadem, dixit: Et, cum tempus menſuret motum, menſurat etiam quietem. F

D. natra-

G D. narrauit quomodo assimilatur, & d. omnis. n. quies in tempore est .i. & necesse est vt dispositio motus in hoc sit sicut dispositio quietis, qm̃ quies dicitur esse in tempore fm̃ modum, quem dicimus motum esse in tempore, l. fm̃ q̃ mensuratur à tempore. Et, quia aliquis posset dicere q̃ res sunt in tempore, fm̃ q̃ sunt motæ: & quiescens est contrarium motu: ergo quiescens nõ est in tempore, secundum q̃ est quiescens, ideo dixit quoniam nõ omne, quod est in motu, &c. i. & nõ debet alquis dicere, q̃ res non est in H tempore, nisi sit mota. qm̃ quemadmodum illud, quod est in motu, i. in re mota, est sicut dispositio nostra cum motu totius, non contingit in eo q̃ sit motum, ita est dispositio in rebus, quæ sunt in tempore, idest quoniã sequitur in eis vt sint motæ. D. incœpit declarare q̃ tempus est dignius hoc, q̃ motus, secundum q̃ non est motus, sed numerus motus, &. d. tẽpus. n. non est motus, &c. i. & tẽpus est dignius in hoc q̃ motus, l. vt in eo inueniatur quiescens. qm̃ tempus non est motus, sed numerus motus. & possibile est I vt quiescens inueniatur in numero motus, cum sit possibile vt inueniatur in motu: sed esse eius in numero motus est dignius. Et, quia quiescens dicitur transumptiue, vt dicitur q̃ postquã sunt quæ scentes, & dicitur vere in eis, quę innata sunt moueri essentialiter, & quies, quę est in tempore, est vera quies, incœpit declarare hoc, ne I eo cadat deceptio, & dixit: & nõ omne motum necesse est, vt quiescat. &c. i. & non omne ens necesse est vt disponatur p̃ quiete, sed solummodo illa, quę innata sunt moueri essentialiter. & ideo K dicimus q̃ corpora quiescũt, & nõ Principiũ dicimus q̃ punctus est quiescens, cum non sit innatus moueri. & similis dispositio est in omnibus accidentibus. &, cum talis fuerit expositio, tunc, cum dixit: & non omne motum, intendit & non omne ens nisi sit error in libro. Et forte vult Secunda notificare modum motorum rerũ, quæ recipiunt motum qñque, & quærum quandoq; : & sunt mota, quæ innata sunt carere motu. &. q. d. & non omne motum necesse est vt quiescat, sed quiescat ex motus illud, quod naturaliter habet moueri, & caret motu apud quietẽ. & sic innuit quę mota, & quæ quiescentia sunt in tempore, & quę nõ sunt. L Mota. n. semper non sunt in tempore, vt orbis, & similiter quiescentia semper, vt terra, cum tempus nõ excedat ipsa. Et, cũ narrauit q̃ quies mensuratur per tempus, sicut motus mensuratur: qm̃ modus, quo dicimus q̃ quiescens est in tempore, est idem cũ modo, quo dicimus q̃ motum est in tempore: &, q̃ nõ sequitur vt, omne, quod est in tempore, sit motum, quemadmodum non sequitur vt illud, qđ est in motu, sit motum: immo illud, qđ est M in tẽpore, est remotus ab hoc, qm̃ tempus non est motus, sed numerus motus: &, cum sit possibile vt quiescẽs sit in motu, dignius est vt inueniatur in numero motũ: &, cũ narrauit ẽt q̃ quiescentia, quę sunt in tempore, sunt mota quę carent motu, incœpit demonstrare ex prędictis, q̃ necesse est ex prædictis vt tempus mensuret quiescẽs, & dixit: & sicut diximus superius, &c. i. &, cum posuerimus illud, quod declaratum

Quies aliãs dicit̃ priuatio, sicut ẽ q̃es polorũ, alias vera. q̃ hoc vid. 2. cœli. c. 14.

A ratum est prius, s. φ esse alicuius in numero est vt illud, qđ est in numero, habeat aliquem numerum, qui mensuret essentiam eius: &, cũ possumus φ esse alicuius in tempore est esse eius in numero: manifestum est, φ ex hoc concluditur φ esse alicuius in tempore est vt tempus mensuret essentiam eius. Et ipse expressit maiorem propositionẽ, & conclusionem, & tacuit minorẽ, quia est manifesta. Et, cum cõclusit, φ omne, quod est in tempore, mensuratur à tempore: & quiescẽs est in tempore: concluſit ex hoc, φ

B quiescens mensuratur à tempore: & similiter motum. Et, quia ista cõclusio est manifesta, & similiter minor propositio, in sermone hoc dimisit minorem propositionem, & contentus est inducere modum mensurationis motus, & quietis a tempore. qm̃ dicere modum cõclusionis habet in se conclusionem, licet nõ expresse. & ideo induxit modum conclusionis, s. modum mẽsurationis quietis, & motus a tempore. & hoc fecit fm̃ abbreuiationẽ. Et dixit post, s. postquã induxit cõclusionem, dicentem φ omne, qđ

C est in tempore, mensuratur per tẽpus: Et tempus mẽsurat rem motam, &c. i. &, cum sit declaratum ex hoc sermone q̃ tempus mensurat motum, & quietem: ergo mẽsurat rem motam, fm̃ φ res est mota, & quiescentem, fm̃ φ est quiescens, non fm̃ φ est mota. &, quia quies est priuatio motus: & priuationes terminantur in respectu habituũ, & mensurantur: necesse est vt mẽsuratio quietis à tẽpore nihil aliud sit q̃ mensurare priuationem motus: ergo mẽsurat motum, & eius priuationem. & hoc intendebat, cũ dixit, mensurat. n. motum, & quẽtem, quanta sunt: idest mensurat motum, quotus est, & priuationem eius. mensurat igitur motũ primo, & essentialiter, & quietem secũdo, & per accidens, scilicet fm̃ φ est priuatio motus. sicut accidit in comprehensione habituum, & priuationum. visus. n. comprehendit album per se, & nigrum per accidẽs, fm̃ φ est priuatio albi. & sic est de oĩbus habitibus, & priuationibus.

D fra. c. 120. Tps mẽsurat motũ prio. & est ẽtũ, & qrẽ scdo & pacciis ldẽ infra. c. 130.

Quare qđ mouetur non simpliciter erit mensurabile à tempore, quatenus quantũ quodđã, sed quatenus motus ipsius quantus est. Quare quæcunq; neq; mouentur, neq; quiescũt, non sunt in tempore. esse. n. in tempore est mensurari tempore: tempus autem motus, & quietis mensura est.

E Esse i tpe ẽ mẽsurari tpe. ldẽ sup. c. 114.

Motum igitur non simpliciter mensuratur à tempore, sed secundum quod motus eius est quantus. Ergo necesse est vt illud, quod numme mouetur, neque quiescit, non sit in tẽpore. intentio. n. eius, quod est aliquid esse in tẽpore, est ipsum mensurari per tempus: et tempus est mensura motus, & quietis.

F

Cum posuerat, φ res æternæ nõ mensurantur à tempore, quia non excedit illas, & declarauit etiam φ tempus mensurat motum, & quietem, mittitur etiã declarare ex hoc, φ illa, quæ non mouẽtur, neq; quiescunt, non sunt in tempore. & quia hoc non apparet, donec declaretur

119

G ꝙ tempus non mẽſurat entia, quæ
exercẽt, niſi ſecundum ꝙ ſunt mo-
ta, aut quieſcentia tãtum, dixit:
Motum igitur non ſimpliciter mẽ-
ſuratur à tempore, ideſt &, cum con
ſideratum fuerit menſurationem
motꝰ à tempore, apparebit ꝙ non
menſurat rem motam, ſecundum
ꝙ eſt mota ſimpliciter, verbi gratia
ſubſtantia, aut quantum, aut qua-
le, aut aliud modorum eſſendi, ſed
ſecundum ꝙ motum eſt in prædica
mento paſſionis: ſed motum, ſm
ꝙ eſt motum, eſt in prædicamen-
to, ſcilicet ſecundum quantitatem
H accidentem motui. & hoc intende
bat, cum dixit: ſed ſecundum ꝙ
motus eius eſt quantus. & eſt ma-
niſeſtum quòd, cum non menſu-
rauit rem motam, ſecundum quòd
eſt mota ſimpliciter, ſed ſecundum
quantitatem accidentem motui,
dignius eſt ipſum non menſurare
aliquid, ſm ꝙ eſt ens. & ſimiliter
eſt intelligẽdum de quieſcente. qm̃
non menſurat ipſum, niſi ſecundũ
quòd exiſtimatur in eo quantitas,
non ſecundum ꝙ eſt quieſcens ſim
pliciter, quãtas in quieſcente exi-
ſtimatur exiſtimatione quietis in
I reſpectu motus. Et, cum declara-
uit quòd tempus menſurat ens, ſe-
cundum ꝙ eſt motũ, aut quieſcẽs,
non ſimpliciter, ſed ſm quantita-
tem accidentem motui, & quietꝰ,
ſequitur ex hoc, vt quod non mo-
uetur, neq; quieſcit, non ſit in tẽ-
pore. & hoc ſm converſionem per
contrapoſitionem. quoniam hæc
propoſitio, Omne, quod menſura-
tur a tempore, eſt aut quieſcens, aut
motum, cõuertitur ſic, omne, quod
non mouetꝰ, neq; quieſcit, nõ men-
ſuratur à tempore. &, quia propoſi-
tio, cuius converſam per contrapo- K
ſitionem accepit, eſt dicens ꝙ om-
ne, quod eſt in tempore, eſt aut mo
tum, aut quieſcens, incepit declã-
rare hanc propoſitionem ex prædi-
ctis de ſubſtantia temporis, notã-
cando cauſam, propter quam tem
pus menſurat motum, & quietem
tantũ, & dixit: intento enim eius,
quod eſt aliquid eſſe in tẽpore, &c.
i. & ſignum eius, ꝙ omne, quod eſt
in tempore, eſt motũ, aut quieſcẽs,
eſt, qm̃ manifeſtum eſt per ſe, ꝙ di
cere aliquid eſſe in tempore, eſt ꝙ
tempus menſuret illud. &, quia ip- L
ſum tempus eſt menſura motus, &
quietis & menſurans debet eſſe de
genere menſurati: ſequitur vt om
ne, quod menſuratur à tempore,
menſuretur ſecũdum quòd eſt mo
tum, aut quieſcens. linea enim
menſuratur per lineã, & corpus
per corpus, & ſuperficies per ſuper
ficiem. & hoc manifeſtum eſt. Sed
induxit hanc rationem: quoniam
cum ſcitur cauſa cum ſcitu, tunc
ſcientia erit perfectior.

Manifeſtum igitur eſt ꝙ neq; M
omne, quod non eſt, erit in tem
pore, vt quæcunq; non poſſunt
aliter eſſe, vt diametrum eſſe la-
teri commẽſurabilem. omnino
.n. ſi mẽſura quidem eſt motus
tempus per ſe, aliorum autẽ ſm
accidens, manifeſtũ eſt ꝙ, quo-
rum eſſe mẽſurat, his omnibus
erit eẽ ſ quiete, aut motu. Quę-
cũq; igitur corruptibilia, & ge-
nerabilia ſunt, & omnino quæ
aliquando quidem ſunt, aliqñ
vero nõ, neceſſe eſt in tempore
eſſe, eſt, n., tempus quoddã ma-
ius,

A ius, quod excedet esse ipsorum, & id, quod mensurat substantiam. Eorum autem, quæ non sunt, quæcunq; quidē continet tempus, alia quidem erant, vt Homerus aliquando erat, alia vero erūt, vt futurorum aliqd, quæ ad vtrauis continet. & si ad ambo, vtraq; & erāt, et erūt. Quæ autem haudquaquam cōtinet, neq; erant, neq; sunt, neq; erunt. sunt autē huiusmodi eorum, quæ non sunt, quorum opposita sunt semper. vt incommensurabilem esse diametrum

B mensurabilem esse diametrum semper est: & non erit hoc in tempore: neq; ergo commensurabilem esse. quapropter semper non est, quoniam cōtrariū est ei, quod semper est. Quorū autem contrarium non semper est, hæc possunt & esse, & non esse, & est generatio, & corruptio ipsorum.

Et manifestum est quod, quod non est, non omne etiam est in tempore, v.g illud, quod ipossibile est vt sit aliter, vt diametrū esse assimetrum costæ. quoniam, si vniuersaliter tempus est mensura motus per se, & mensurat alia per accidens, manifestum est quod omne, cuius mensurat essentiam, es-

Voniam autem tres sunt motus, & is, q̃ secũdum locum, & qui secundum quale, & qui fm quantum, necesse est & ea, quæ mouentur, tria esse. qui quidem est secundum locum. Latio, qui vero fm quale, Alteratio, qui vero secũdũ quãtum, Augmentatio, & Diminutio. Primum igitur de latiõe dicamus: hæc.n. primus motuum est. Omne itaq; quod fertur, aut ipsum a seipso mouetur, aut ab altero, Si igitur a seipso, manifestum est q̃, cum in ipso mouens sit, simul erit mouens, & quod mouetur. atq; nihil inter ipsa erit. Quod autem ab alio mouetur, quadrifariam mouetur. motus.n. ab altero quatuor sunt Pulsio, Tractio, Vectio. Vertigo. etenim alios omnes ad hos reduci congruum est. Pulsionis igitur alia quidem est impulsio, alia vero expulsio. Impulsio igitur est, cum mouens, id, quod mouetur, non relinquit. Expulsio vero, q̃n expellẽs relinquit. Vectio autem in tribus erit motibus. nam quod vehitur non secundum se mouetur, sed secũdũ accidẽs. ex eo.n. mouetur, quia in eo, quod mouetur, est, aut supra id, quod mouetur. id autẽ, quod vehit, mouetur aut pulsũ, aut tractum, aut vertigine actũ. manifestum est igitur q̃ vectio in tribus erit motibus. Tractio autem, aut cum ad seipsum, aut ad alterum velocior est motus trahentis, non separatus a motu eius, quod trahitur. etenim ad seipsum est tractio, & ad alterũ. Et reliquæ etiam tractiones eædem specie ad has reducentur, vt Inspiratio, & Expiratio, & Sputatio, & quæcunq; corporũ excretiuæ, aut receptiuæ sunt, & † {Spathatio etiam, & Radiatio.} horum.n. aliud quidẽ cõgregatio est, aliud vero disgregatio: & omnis itaq; motus fm locum congregatio, & disgregatio est. Vertigo autem componitur extractione, & pulsione. id.n. quod mouet, pellit hoc, trahit autem illud. Manifestum igitur est q̃, si simul pellens, & trahens est cum eo, quod pellitur, & eo, quod trahitur, nihil est medium inter id, quod mouet, & id, quod mouetur. Hoc autem manifestum est † {ex dictis} nã pulsio aut a seipso, aut ab aliquo aliud motus est: Tractio autem ab alio ad seipsum, aut ad aliud. Ad hæc autem Compulsio, & Depulsio. Protectio autẽ, quando velocior motus fit eo, qui est secundum naturam eius, quod fertur, vehementiore facta pulsione, & eousq; facta accidit ferri, quousq; vehementior fit motus eius, quousq; ferẽt. Manifestũ est igit q̃ id quod mouet, & mouetur simul sunt, & nihil inter ipsa medium.

Latio primus motuum.

Motus ab alio quadruplex.

Quũ

A Quoniam ab hoc textu. 10. vsque ad 21. lectionem Simplicius diuersa ab ea est, quæ communiter legantur, ideo, ne quid huic operi deesse videretur, etiam Simplicij lectionem hic annexa re congruum esse censuimus.

Omne itaq; quod fertur, aut a seipso mouetur, aut ab alio. Quæcũq; igitur a seipsis mouentur, manifestum in his quod simul sunt, id quod mo
B uetur, & mouens, inest. n. ipsis primum mouẽs: quare nihil est intermediũ. Quæcũq; vero ab alio mouentur, quadrifariã necesse est fieri. quatuor. n. species latiõis ab alio, Tractio, Pulsio, Vectio, Vertigo. omnes. n. fm locum motus in hos reducuntur. Impulsio n pulsio quędam est, cum mouens ab ipso insequẽs pellat. Expulsio vero, cum id, quod mouerit, non insequat.
C Proiectio vero, quando vehementiorem fecerit, qui ab ipso, motum fm naturam latione, & vsq; ad tantũ ferat, quoad motus vicerit. rursus Depulsio, & Compulsio expulsio, & tractio sunt. Depulsio. n expulsio est. vel. n. ab ipso, vel ab alio ẽ expulsio. Cõpulsio vero tractio, etenim ad ipsum, & ad aliũ tractio. quare & quæcunq; harũ species, vt Spathatio, & Radiatio: illa. n. compulsio, hæc vero depulsio: Similiter autem & aliæ congregationes, & disgregationes. omnes. n. erunt depulsiones, aut compulsiones: præterq; quæcunq; sunt in generatione, ac corruptione. Simul autem manifestum ꝙ neq; est aliud ꝗd genꝰ motus q̃ congregatio, & disgregatio. omnes. n. distribuũtur in harum aliquas. Amplius autem Inspiratio quidem tractio, Expiratio vero pulsio sunt. Sitr autem & Sputatio. & quicũq; alij per corpus vel excretiui, vel receptiui motꝰ. hi. n. tractiões, illi vero expulsiones. Oportet autẽ & alios, qui secundum locum, reducere. omnes. n. cadũt in hos quatuor. Horũ autem rursus vectio, atq; vertigo i tractionẽ, pulsionemque. Vectio. n. fm aliquem trium est modorũ. quod. n. vehitur per accidens mouetur. quoniam in eo est, quod mouetur, aut in eius, quod mouetur aliquo. pellẽs vero vehit aut quod trahitur, aut quod pellitur, aut qđ vertigine ducitur. quare communis est omnium vectio. Vertigo vero ex tractione, pulsioneq; componitur. ne-

D

E

F

G ceſſe enim quod in vertigi-
nem mouet, illud quidē tra-
here, hoc autem pellere: hoc
enim ab ipſo, illud autem ad
ipſum ducit quare, ſi pellens,
& trahēs ſimul ſunt cum eo,
quod pellitur, & eo, quod tra
hitur, manifeſtum quod eo,
quod ſecundum locum mo-
uetur, & eius, quod mouet, ni
hil eſt medium. Sed hoc qui-
dem & ex definitionibus ma
H niſeſtum. Pulſio enim eſt aut
ab ipſo, aut ab alio ad aliud
motus. Tractio vero aut ab
alio ad ipſum, aut ad alium,
cum velocior trahentis mo-
tus fuerit, continua abinuicē
ſeparans ſic enim ſimul attra
hitur alterum. Fortaſſis autē
videbitur vti-
aliqua eſſe &
alio modo tractio. lignum. n.
ignem trahit non hoc modo.
hoc autem nihil differt eo,
quod mouetur, trahente, vel
I manente trahere. aliquando
enim trahit vbi eſt, aliquādo
vero vbi erat. impoſſibile au
tem vel ab ipſo ad aliud, vel
ab alio ad ipſum mouere, nō
tangens. quare manifeſtū eſt
quod eius, quod mouetur, &
mouentis nullum eſt mediū.

Tex. uer. *Et, cum motus ſunt tres, ſcili-*
cet in loco, in qualitate, in quanti-
tate, neceſſe eſt etiam vt mota ſint
tria. motus igitur in loco eſt tran-

ſlatio, & in qualitate eſt Alte- K
ratio, & in quantitate eſt Augmē-
tum, & Diminutio. Et primo lo-
quemur de trāſlatiōe eſt. n. primus
motuum. Dicamus ergo, quod om
ne tranſlatum aut ipſum mouetur
ex ſe, aut ex alio. Si igitur ex ſe
mouetur, manifeſtum eſt, cum mo
tor eius ſit in eo, quod motor, &
motum erunt in eo inſimul, & in
ter illa non erit medium omnino.
Motus autem eorum, quæ mouen-
tur ex alio, eſt quatuor modis. At L
tractio, & Expulſio, & Latio, &
Volutio. alij enim motus reducun-
tur ad iſtos. De expulſione vero
eſt ductio, & ex eo eſt electio. Du
ctio vero eſt, quando motor non ſe
parat a moto. Electio vero quan
do ejciens ſeparatur. Latio vero
eſt in tribus motibus. & latum
non eſt per ſe, ſed mouetur, quia
eſt in moto, aut ſuper motum. defe
rens vero mouetur aut expulſione,
aut attractione, aut circulariter.
manifeſtum eſt igitur quod latio M
eſt in tribus motibus. Attractio
vero eſt, aut quando attrahens at-
trahit ad ſe, aut ad aliud, cum mo
tus attrahentis, cum ſingulariter
eſt, ſit velocior quam motus attra
cti. attractio enim de attrahente
quandoque eſt ad ſe, & quandoque
ad aliud. Et alij modi attractionū
ſunt eiuſdem modi: & ad hæc duo

A *reducuntur Abhelatio, & Expe*
ratio, & Expultio, & Percussio,
Persecutile, & Persecutale. illud est
segregare, hic autem est congrega
re. Circulatio autem est composita
ex expulsione, & attractione. mo
tor enim expellit quiddam, & at
trahit quiddam. Manifestum est
igitur quod, si expellens, & attra
hens fuerint cum expulso, & at-
tracto, quod inter motorem, &
B *motum non erit medium. & hoc*
declarabitur ex hoc, ex quo decla-
rauimus has intentiones. Exectio
enim sine motu, qua est aut dicas
ab aliquo, aut dicas ab aliquo ad
aliud. Et Attractio est vna inten
tio, & est Tiratio. Et Projectio est
quando motus translati fuerit ve-
locior motu naturæ. quoniam per
expulsionem fit fortior. Et necesse
est vt translatum non cesset mouere
illo motu, donec motus eius fiat
C *fortior. Manifestum est igitur quod*
inter motorem, & motum nō est
medium.

Intendit in hoc capitulo declara re ꝙ nullum medium est inter motorem propinquum, & illd, quod mouetur ab eo, neq; plenum, neq; vacuum. & ꝙ eius motor est cum moto. & hoc necessariū est in demonstratione prædicta, & est maximū fundamentum in pluribus rebus naturalibus: est. n. necessarium in prædicta demonstratione. nā impossibile est imaginari ex illis magnitudinibus

fieri vnam magnitudinem infinitā D
sm contactum, nisi cōcederetur ꝙ inter motorem, & motum ab eo non est medium. Et, quia intendit declarare hoc vlt in omni moto, incepit narrare genera mobilium, & dixit ꝙ mobilia sunt tium generum, nā genera motuum sunt tria, vt declaratum est in Quinto. & forte tacuit generationē, qm̄ hoc manifestum est in ea magis q̄ in alijs. s. ꝙ generans est cum generato. sed in pluribus transmutationibus est dubiū, vtrum motor tangat motum, aut non: & fit in multis motorib⁹ sm alterationem, vt in magnete. Et, cū E
narrauit modos mobilium, incepit de translatione, & dixit: Et primo loquemur, &c. i. declarando ꝙ inter motorem in loco, & illud, quod mouetur ab eo, nō est medium, immo sunt insimul. & incepit in hoc diuidēdo motū in loco in illud, qđ mouetur ex se, & illud, quod mouetur ex aliquo extrinseco, & posuit ꝙ illud, quod mouetur ex se, manifestū est in eo ꝙ motor est insimul cum moto: cum declaratū sit ipsum habere motorē existentem in eo: & ꝙ nihil mouet se, & dixit: Si igitur motum ex se mouetur, &c. & hoc necesse est, cum posuerimus ꝙ in eo est F
motor alius a moto, vt declaratum est in initio istius tractatus. D. reuertitur ad illud, quod mouetur ex extrinseco, & nititur declarare hoc, diuidendo species motionis ex extrinseco, & dixit: Motus autem eorum, quæ mouentur ex alio, &c. D. induxit rationem, ex qua apparet ꝙ omne, quod mouetur in loco, reducit ad hæc genera quatuor. nam oēs motiones reducūtur ad ista. i. & posset quis scire, ꝙ species mutationis

G omnes reducunt ad hæc quatuor. qm̃. cum inducentur, videbũtur reduci ad aliquod istorum generum. v.g. qm̃ eductio, & erectio reducũt ad expulsionem. sed differũt i hoc: qm̃ in eductione motor non separatur a moto ab initio motus vsq, ad finem: in erectione autem separat. Et, quia accepit latonem vno modo illorum quatuor: & est per accidens, dixit: Latio vero, &c.i. & ideo latum dicitur motum per accidens, quia inuenitur in vnoquoq, trium, quæ sunt mota in loco per se: & oẽ, quod mouetur, quia est in moto, dr mouen per accidens. & ideo dixit:
H non. n. mouetur, nisi quia est in moto, aut super motum. D.d deferens vero, &c.i. & diximus q̃ delati mouetur in vnoquoq; istorum trium motuum, & est super deferens. nam deferens aut mouetur expulsione, aut attractione, aut circulatione: esi non sit vnus alius modus motõs. Et in rei veritate circulatio est composita, vt ipse dicit, ex expulsione, & attractione. & sic motiones simplices sunt duæ, expulsio, & attractio. sed tamen non sequitur ex hoc q̃ motus simplices sunt duo. Imo mo
I tus circularis est magis simplex q̃ cæteri. Et non intelligit per deferẽs attrahens, aut expellens, aut gyrãs, sed expulsum, & attractum, & circulatum. D.d. q̃ Attractio est duobus modis, &c. & hoc manifestum est. sed attractio, quæ est in rebus naturalibus, est attrahere aliquid ad se, i voluntarijs autem inuenitur vtrunque. D.d. & ad hæc duo reducũt Anhelatio, & Expiratio, &c.i. qm̃ anhelatio est attractio, & expiratio est expulsio. & sifft expiratio est cõposita ex duobus motibus expulsione, & attractione. D.d. & Percussio, &c.i. K
qm̃ percussio per alterum istorum: duorum instrumentorum est segregatio: & segregatio est expulsio & congregatio est attractio. & vt mihi q̃ intendit opus textoris cũ sua manu, & suo pede. D.d. Circulatio vero est composita, &c.i. circulatio vero, quæ fit ex circulante. D.d. motor. n. expellit quiddam, &c. &. cum posuit q̃ omne mouete, aut est expellere, aut attrahere, aut compositũ ex illis, ostendit q̃, si fuerit declaratum cum hoc, q̃ non est medium inter expellens, & attrahens & inter
expulsum, & attractum, sequitur et L
hoc q̃ nõ est medium inter aliquẽ motorem, & aliud quod mouetur ab eo. Et ille syllogismus talis est. Omne motor in loco est aut expellens, aut attrahẽs: &. nullum medium est inter expellens, & attrahens, expulsũ, & attractum: ergo nullum medium est inter aliquem motorem, & [illegible], quod mouetur ab eo. Et hoc intendebat, cum dixit: Manifestum est igitur q̃ in expellens, & attrahẽs [illegible] rit, &c. Et, cum dixit q̃, cum fuerit declaratum, statim declarabitur q̃ inter motorem, & motum non est
medium, incepit declarare hoc in M
speciebus expellentis, & attrahens, & dixit: & hoc declarabitur, &c. & declarabitur q̃ in omnibus speciebus mononum, quæ sunt [illegible] sione, & attractione, motor tangit motum ex hoc, q̃ declara[illegible] illis intentionibus. Et dixit [illegible] mihi vi, q̃n hoc apparent[illegible] expellente. & attrahente, q̃ in [illegible] speciebus, quæ collocantur in [illegible] & est in expellente manifestius attrahente. & ideo incepit exp[illegible] re intentiones eius, & dixit: Exemo

[illegible]

A n &c.i.& signum eius, qđ inter ejiciens,& ejectum non est mediũ,est, qm̃ electio,siue dicas ꝙ est motᵘ ab aliquo.i.ab ejiciente,aut dicas ꝙ est motus ab aliquo in aliquid,i ab ejiciente in aliquid,ꝙ quod est electio, aut qũocũq; dixeris in descriptione ejectionis,manifestum est ꝙ ejiciés in eo est a principio cum ejecto. Sed quærit quo ejiciens separat' ab ejecto,& ejectum remanet motũ,ex quo vt ꝙ ejiciens non est tunc motor.sed aer, qui naturaliter mouet ex se,cum mouetur ex alio,vt dicet in Cœlo,& Mun. D.d. Et Attractio est vna intentio,& est Tirratio. a fortè intendit declarare per hoc, ꝙ attrahens est cum attracto.qm̃ , cum attractio sit tirratio,& tirrans sit cum tirrato, necesse est vt attrahens sit cũ attracto. Et forte intendit declarare ꝙ tirratio est attractio , & declaratũ est ꝙ attrahens , & attractum insiſ sunt,ergo & tirrans cum tirrato. Et prima intentio est manifestior . nã tirrans esse cũ tirrato,manifestius est ij attrahens esse cum attracto:cum multa vñr attrahere absq; eo, ꝙ tangant,vt magnetes. & existimatur ꝙ virtus attractiua in plantis, & afalibus est talis. Et diximus ꝙ Secunda intentio põt esse, qm̃ I hoc ꝙ attractio reducat ad tirrationem est latenta. & quasi fm hanc expositionem volunt notificare ꝙ tirratio est de attractione. Ad hoc autem,quod quæritur,qm̃ pluta attrahẽtia vñr attrahere sine tactu,& sine motu,dicendum est ꝙ hæc dr attractio æquiuoce.attractio.n.in rei veritate est illa, in qua attrahens mouetur cum attracto.& hoc.qm̃ attractum ad ipsũ non fuerit quiescens . necesse est.n. vt motus attrahentis sit velocior ij motus attracti. & hoc inuenitur in virtutibus voluntarijs,& in non voluntarijs . & inuenitur in pluribus virtutib⁹ naturalib⁹,& ⁹ vitalibus.& iõ posita sunt ista in mẽbris afaliũ. Attractio aũt, in qua attrahens est quiescens,& attractum motum,nõ est attractio in rei veritate.sed attractum mouetur ex se ad attrahẽs,vt perficiat se. vt lapis mouet ad ferrum.& ignis ad superᵃ. Et sisᵗ oportet hoc intelligere de motu ferri ad magnetem,& nutrimenti ad membra.v.g de motu sanguinis ad superiora corporis,& vltᵗ nutrimenti ad horum ad superiora eorum. Sed est dria inter ista,& illa,quę mouentur ad locum proprium.qm̃ illa mouẽtur ad locum siue fuerit propinquᵃ, aut remotus: nutrimenta vero non mouentur ad nutriẽdum, nisi cum fuerint in aliqua dispositione de nutrito.& similiter ferrum non mouetur ad magnetem, nisi cum fuerit I aliqua qualitate de magnete. & iõ, quãdo magnes fricatur cum alleo, amittit virtutem . nam ferrum tũc non acquirit de lapide in illa dispositione qualitatem,per quam innatum est moueri per se ad lapidẽ. & hoc manifestum est I ambra, quòd attrahit paleam,quando calefit. Ergo iste modus motionis, si dicatur attractio,non intendebatur ab Aristote.in hoc nomine attractio,cum collocetur in his,quæ mouentur ex se. Dein.dicit : b Et proiectio est, &c. idest quando transferens mouet translatum ad partem , ad quã mouetur naturaliter, mouet motu velociori suo motu naturali, verbi gratia proiectio lapidi ad inferius. Deinde dicit: Et necesse est vt translatum non cessiet , &c . idest donec

RR iij motᵘ

D

ᵃ a.l.6 afatus. Attractio duplex.

E

F

b In ꝓiechone. in qua motᵘ ꝓiciẽs ẽ cõtra motũ ille: ꝙ iectiõ cessit motᵘ trãslati ve locior suo motu nãli, &c.

G motᵒ eius naturalis fiat velocior. & ſm hanc expõnem non erit iſta ꝓiectio cõis oĩbus modis proiectionis. in proiectione. n. in qua motus proiicientis eſt contra morum naturalẽ proiecti, non erit motᵒ trãſlati velocior ſuo motu naturali, ſed contrarius ei. Vnde põt quis intelligere ex hoc ſermone aliquod cõe vtrique, ita, ꝙ ex hoc, qđ dixit, & proiectio erit, qñ motus trãſlati fuerit velocior motu naturali, intelligatur formor. Si igitur fuerit contrarius, vincet, & ſi cõsequens, addet ei. & ideo dixit quoniam per expulſionem fit formor. motus. n. expellentis in vtroque modo eſt formor motu expulſi:
H & ſiue motus expulſi cõueniat motui expellentis, aut ſit ei contrarius. & ſic intelligetur reſiduum.

At vero neq; inter id, quod alteratur, & alterans quippiam medium eſt. hoc autem manifeſtum eſt ex inductione. In omnibus enim ſimul eſſe accidit alterans vltimum, & primum, qđ alteratur. quale enim alteratur, ex eo, quia ſenſibile eſt. Senſibilia autem ſunt, quibus differũt
I corpora a ſeinuicem, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, ſonus, ſilentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, ſiccitas, denſitas, raritas, & horum media. ſimiliter autẽ & alia, quæ ſub ſenſibus ſunt, quorum eſt & calor, & frigus, & lætitas, & aſperitas. hæc enĩ ſunt paſſiones ſubiectæ qualitatis. his enim differunt ſenſibilia corpora, aut ſecundum horum aliquid magis & minꝰ, & quia patiuntur aliquid horum. nam K quia calefiunt, aut frigefiũt, aut dulceſcunt, aut amaricãtur, aut ſecundum aliquid aliud prædictorum. ° ſimiliter & animata corpora, & inanimata, & animatorum partes, quæcũq; ſunt inanimatę.

At vero neque eius, quod alteratur, & alterantis. hoc autem manifeſtum eſt ex inductione. In omnibus enim cõtingit ſimul eſſe vltimum alterãs, & quod alteratur ſub dictis. hæc enim paſſiões ſunt ſubiectæ qualitatis. aut enim L calefactum, aut dulceſcẽs, aut condenſatum, aut exiccatũ, aut albefactum alterari dicimus, ſimiliterq; inanimatum, & animatum dicentes. & rurſus animatorũ, & quæ non ſenſitiuæ partes, & ipſos ſenſus.

Neque etiam inter alterans, et alteratum eſt medium. & hoc declarabitur per inductionẽ. In omnibus. n. alterationibus neceſſe eſt M vt poſtremum alteratum, & primum alterans ſint ſimul. deſinit enim alteratũ non alterare, niſi quia eſt ſenſibile. Et ſenſibilia ſunt quibus differunt corpora a ſeinuicem, verbi gratia grauitate, & leuitate, duritie, & mollitie, albedine, & nigredine, dulcedine, & amaritudine, humiditate, & ſiccitate,

A tate, densitate, & raritate, et eis, quæ sunt inter ista quoniã per ista differũt corpora sẽsibilia, aut secũdum magis & minus i aliquo istorũ aut secũdũ quod patiũtur aliquod istorum. corpora enim animata, et similiter inanimata, et illud, quod est ex partibus animatorum, non animatum, quando calefacta sunt aut infrigidata, aut amarificata, aut dulcefacta, aut passa aliqua predictorum, alterata sunt.

B Cũ declarauit quòis motor motu loca'is, q̃ sit causa agens, non est in dubiũ inter illud, quod mouet, & illud, quod mouet ab eo, vult declarare et hoc in alteratione. a Et, qa qualitatũ attributarum alterationi aliæ sunt primæ, vt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, & aliæ secundæ, & sunt illæ, quæ fiũt ex istis, vt g. dẽsum, & rarũ, & color, & sapor. Cũ igitur hoc nõ appareat inductiõe, nisi cõcedatur q̃ illæ secũdæ fiunt ex primis, deinde ponatur per inductionẽ q̃ primę nõ fiant, nisi motor tangat motum, b v.g. calefaciẽs calefactũ, incepit dicere quòd sequit ex hoc, si aliquod corp⁹ cõdẽset, vt condẽsans tãgat ipm, fm q̃ infrigidans tãgit infrigidatũ: & sili illd, qđ rarefit, vt tangatur a rarefaciẽte, fm q̃ ẽ calefaciens. & iõ dixit: dẽsum. n. &c. n. densum. n. affert qõnẽ in hoc, qm̃ põt aliquis dicere q̃ non est necesse vt illud, qđ densat, nõ denset, donec tangat ab alio dẽso. c & adhuc dẽ sum non alterat, nisi fm q̃ est sensibile, & fm q̃ est in capso qualitatis, non in capso positionis. &, cũ sit in capso qualitatis, tunc principiũ motus eius erit aut a caliditate, aut a frigiditate: & caliditas, & frigiditas sũt principia alterationis: & alterãs necessario est cũ alterato. D.d. Et sensibilia sunt, &c. & intendit corpa constituta ex istis partibus. d dixit. n. istorũ sunt in sensibilib⁹ p quinq; sensus: & prima sensibilia sunt primæ qualitates actiuæ earũ: & sunt caliditas, & frigiditas, & hũiditas, & siccitas. Et, quia intẽdit syllogizare qđ esum, & rarũ sunt qualitates, nõ positiones, sic dẽsum, & rarũ sunt vltimæ differentiæ corporũ cõsimilium: & differentiæ corporũ cõsimilium sunt sensibiles: ergo densum, & rarũ sunt de qualitate. e & grauitas, & leuitas sunt nũeratæ in tactu, & sunt duricies, & mollities, & son⁹, & silẽtiũ in auditu, & albedo, & nigredo i visu, & dulcedo, & amaritudo i gustu & voluit nũerare eas, vt appareat p inductionẽ q̃ vnaquæq; earũ nõ cõplectitur, nisi p alterationẽ: & in alteratione alterans semper est cũ alterato. D.d. aut fm q̃ patiunt aliquod istorũ. i. & q̃ ista corpora mota nõ diuertant, nisi patiẽdo fm aliquã istarũ qualitatũ: siue corpa fiuerit alata, aut inalata. & dixit hoc, q̃ corp⁹ nõ agit aliquã istarũ qualitatũ, nisi qa disponit q̃ illã. Et, cũ posuit q̃ illæ sunt differentiæ sensibiliũ, & fuit manifestũ i 1 ob⁹, qm̃ idiget i hoc q̃ patiant fm vnãquãq; istarũ qualitatũ, vt calefiãt, aut frigidentur, sed, qa calefaciẽs, & frigidãs tãgit calefactũ, & frigidatũ, verificauit illud, qđ intẽdebat declarare, & est, q̃ oẽ alterãs tãgit alteratũ. & hoc intẽdebat, cũ dixit: corpa. n. alata, &c. i. & necesse est vt ista sint modi alterationis. quia oẽ corpus alatum, aut inanimatum non dr alterari, nisi cum calefit, aut infrigidatur, aut patitur

D

d Dicę corpora cõstituta prius sunt i sensibilib⁹ p quinq; sensus. et quia vt velle dicas esse istorũ esse qualitates & p cõsequens q̃ sint substãtiæ Sed vide oppo

E

situ. 5. ph. c. 10. & 8. Met. c. 5. Vid cõm. Zima

e Grauitas & leuitas sũ nũeratę i tactu. ex quo patet q̃ sũ qualitates. Sed vide oppo situ. 2. de Aia. c. 108 vbi d q̃ sũ substãtiæ, & 5

F

Meta. 18. d. q̃ sũ qualitates. Vide cõtra. Zim.

G fm aliquam istarū qualitatū, quas numeramus, ſ priorum ſenſibiliū.

Atque etiam ipſi ſenſus alterantur: patiuntur enim. actus enim ipſorum motus eſt per corpus, patiente aliquid ſenſu. Secundum quæ igitur inanimata alterantur, & animata. ſecundū hæc omnia alterantur, ſecundū autem, quæ animata alterātur, ſecundum ea non alterātur inanimata. ſecundum enim ſenſus, non alterantur: & latet inanima
H ta, cum alterantur. nihil autem prohibet & latere animata, cū alterantur, quando non ſecundum ſenſus accidit ipſis alteratio. Si igitur ſenſibiles quidem paſſiones ſunt: per has autem alteratio eſt, hoc iam manifeſtum eſt, quòd patiens, & paſſio ſunt ſimul. & inter hæc medium nihil eſt. huic enim aer eſt continuus, aeri autem coniungitur corpus. & ſuperficies quidē ad lumen, lumen autem ad viſum.
I ſimiliter autem & auditus, & odoratus ad mouens ipſos primum. eodem autē modo ſimul & guſtus, & ſapor eſt.

Ter. 3ſpi. Alterantur enim quodam modo & ſenſus: ſenſus enim ſecundum actum motus eſt per corpus, patiente aliquid ipſo ſenſu. ſecundum quæcū que igitur inanimatum alteratur, & animatum: ſecundū quæcunque vero animatum non ſecūdum eadem omnia inanimatum. non enim alte- K
rantur ſecundum ſenſus. & hoc quidem latet, illud vero non latet patiēs. nihil autem prohibet & animatum latere, quando non ſecūdum ſenſus alteratio fiat. Si igitur alteratur id, quod alteratur a ſenſibilibus, in omnibus his manifeſtum, quòd ſimul eſt vltimum alterans, & primum, quod alteratur. huic enim cō tinuus eſt aer, aeri vero cor- L
pus. rurſus autem color quidem lumini, lumen vero viſui. eodem autem modo & auditus, & odoratus. primum enim mouēs ad id, quod mouetur, aer. & i guſtu ſimiliter. ſimul enim cum guſtu ſapor.

Et ipſi etiam ſenſus alterātur, Ter. 2000
quia patiuntur: actio enim eorum eſt motus. Et omne, ſecūdum quod alteratur inanimata, per illud ſit alteratur animata. ſed non per oē M
illud, per quod ānata alterantur, alterantur inanimata non enim alterantur per ſenſus. & cū accidet etiam vt alteratio illorum ſit ſine ſenſibilibus, non percipiemus alterationem. Et, cum paſſiones præcedunt, tunc forma erunt ſenſibiles, & mediātibus formis erit alteratio. ergo manifeſtū eſt quod facies paſſionē, & patiens inſimul ſunt, & inter illa non eſt mediū. aer. n.

eſt

A est continuum, & corpus est continctum aeri. et superficies sequitur lumen, et lumen visum. & secundū hunc modum ēt auditus, et olfactus sequūtur primū motorē. & similiter gustans, & gustus.

11 Cum declarauit q̄ in oībus alterationibus apparet, q̄ inter alterās, & alteratum non est mediū, & existimatur q̄ sensus patiuntur quodammodo modorū sensibilium, q̄ alterant eos, vult declarare in istis etiā q̄ necesse est vt alterans, & alterātū primū sint simul, & dixit: Et ip

B si ēt sensus alterantur. i. & in sensibilibus ēt inuenitur aliqua alteratio quodāmodo. D.d. quia patiuntur. s. q̄m actio eorum est motus. i. mouem, non mouere, & pati, non agere. sunt. n. de virtutibus passiuis, nō actiuis. Et. cum narrauit q̄ in sensibus inuenitur modus alterationis alius a mō alterationis, q̄ est in ipsis sensibilibus, cū ista alteratio sit corporalis, & illa spiritualis, vt declaratū est in libro de Anima, narrauit q̄ res animatę alterant q̄ duas alterationes insimul, s. spiritualem,

C existentem in sensibus, & corporalem existentē in sensibilibus. inanimata aūt non alterant, nisi altero genere tantū. Et dixit: Et omne, fm quod alterātur, &c. i & cā hoc est. q̄m animata alterant q̄ sensus, & p non sensus: inanimata aūt alteran tur per nō sensus tm̄, cū nō habeāt sensus. D d. & cum accidet ēt. i. &, cum accidet animatis alterari sine sensibus, tunc alteratio non cōprehendet, neq; percipietur, quēadmodum inanimata non comprehēdūt hoc. q̄ nō ē ita, q̄n alterant fm sensus: q̄n tunc comprehendemus alterationem. D. d. Et, cum passiones p̄cedunt, &c. i. &, cum passiones p̄cedūt sensus, & media, q̄ sunt inter sensus, & qualitates sensibiles, tūc qualitates erunt sensibiles, i. comprehēsibiles a sensu. Et intendebat p hoc, q̄ passio communis ē necessaria in hoc, q̄ sensus comprehendat sensibilia: sed in omni passione declaratum est q̄ alterans est cū alterato: ergo necesse est vt passio sensuū sit hmōi, s. q̄ inter eos, & inter postremum agens nō sit mediū, & q̄ D

altrās in eis sit cum alterato. D. d. & mediantibus formis, &c. i. & me- E diātibus qualitatibus sensibilibus, & existentibus in corpore, q̄d sequitur sensus, alterabunt sensus. Et, cū declarauit hūc sermonē, d. ergo manifestum, &c. i. & intēdit per faciēs passionē, qualitatē, quę est in corpore tangente instrumentū sensus: & per passionem, passionē existētē in instrumēto. D. d. aer. n. est cōtinuū, &c. i. & non debet aliquis dubitare de sensibus, qui mouent a sensibilibus de remoto, vt in visu color. n. mouet aerē, & aer mouet sensum: aer. n. continuus est cū sensu, & corpus sensibile coniunctū est cū aere. F D. d. & superficies, &c. i. & superficies, in qua est color, tangit corpus illuminatum, s. aerem luminatum, & aer illuminatus tangit visum. & accepit hic lumen loco illuminati. & intendit per luminatum, diaphanū in actu. non illuminatū ex se. D. d, & fm hunc modū ēt, &c. i. & intendit per primū motorē I auditu, motum, qui est in aere, qui percutit eō cauū auris. in olfactu vero est odor peruenies ad nares. D. d. & sic, &c. i. & ita est de sensibus, quorū sensibilia

G lia sunt separata, sicut de sensibus, quorũ sensibilia sunt tangentia v. gra. in gustu, & tactu. in sensibus enim quorum instrumenta tangunt sensibilia, non est dubium in hoc, sicut est in eis, qui sunt separati a sensibilibus. Et, cum declarauit q̃ inter motorẽ, & motum primum in alteratione non est mediũ, neq; in ipsis sensibus, si vocatur alteratio, incœpit declarare hoc in augmento, & dixit.

Similiter aũt & in inanimatis, & insensibilibus. et id, quod augetur ẽt, & augens. appositio .n. quẽdã est Augmentatro. quare simul sunt & quod augetur, & augẽs. & Diminutio quoq; diminutionis autem cã est ablatio q̃dã. † {Manifestum est igitur q̃ inter mouens vltimum, & quod mouetur primũ nihil est } in medio consistens eius, qđ mouet, et eius, quod mouet.

† 1. Manifestũ ẽ igr qđ inter id qđ mouetur, & motũ primũ & vltimũ ad id, qđ mouet. ni hil est. Tex. Sip.

Similiter autẽ & inanimatis, & in insensibilibus Quare nihil erit inter id, quod alteratur, & alterans, neque id, quod augetur, & augens. auget n primũ augens, cũ adijcitur, vt vnum fiat totum: et rursum decrescit decrescens, abeunte aliquo eius, q̃ decrescit. necesse igitur cõtinuũ esse & augens, & decrescens: cõtinuorum aũt nihil est mediũ. Manifestũ igitur q̃ inter id, qđ mouetur, & mouens primum, & vltimum ad id, qđ mouetur, nullum est mediũ.

Et similiter est de augente, & augibili. Augmentum. n. est additio. & sic augmentans, & augmentatũ erunt simul. & similiter Diminutio est subtractio. Manifestum est igitur, quòd inter primum motum, & primum motorem non est aliud medium.

Et similiter declaratur q̃ inter augmentans, & augmentatum non est medium. Augmentũ .n. est illud cui augmentato, sed inter illud, cui additur, & illud, quod additur, non est medium & hoc manifestũ est. vnde necesse est q̃ augmẽtans, & augmẽtatũ sint intimul, & similiter diminutiõe. Diminutio .n. est subtractio diminuti & sustractorum. Manifestum est igitur cũ in illo, a quo fit subtractio D. d. Manifestũ est igitur q̃ inter, & & vocat ipsum primum motorem, quia mouet sine medio, non sic est primus naturaliter. & in quibusdam libris dicit, Manifestum est igitur q̃ inter postremum motorem, & primum motum, non aliquid est omnino. & intendit q̃ inter primum motorem a motore, & illa quæ mouentur aliquid sit huc motor fuerit, scilicet q̃ inter postremum, scilicet q̃ primum motum ab aliquo motore mouetur fm tactum.

Quod ea, quæ patiuntur, & sensibilia sunt immixta, & non possunt separari, & quòd primum sensibile fm quod fit sensatio est alteratio, & augmentum, & motus. Cap. 2.

QVod autẽ ea, q̃ alterant, & omnia a sensibilibus alterant, & sensibilium alteratio ẽ, q̃ fm ea dicũtur abijs, ex his cõsyderabimꝰ. Quã

A *Quoniam autem omne, quod alteratur, alteratur a sensibilibus & quòd alteratio est istorum solorum, & illorum, quæ recipiunt passionem ab istis, scietur ex hoc, quod narrabimus.*

14 Incæpit hic persecutari de hoc q̃ motus alterationis est de p̃dicamento qualitatis, in genere qualitatis passiuę, &d. Q̃m autem oe, quod alteratur, &c. i. q̃n aũt omne, quod mouet motu alterativo, mouet in genere sensibili, s. in tangibilibus, B aut in sapore, aut in colore. Et consyderandum est verũ iste motus inuenitur in oibus sensibilibus, aut in quibusdã. Et est manifestum q̃ ista alteratio inuenit in prima contrarietate, q̃ est in tactu, s. calidi, & frigidi, & hũidi, & sicci, & humidi. & sibi vi- esse in contrariis sequentibus ista, vi. g. durities, mollities. sed ũ primo ẽ in primis qualitatibus, in istis aute secundo, & mediantibus primis. Et similiter in gustu. In sonis aute vi- d. q̃ alteratio de graui in leue est mõ equiuoco cũ istis: cũ sonus sit patho facta in acie à percussiõe cor- C porũ. In odoribus vero qualitates manifestæ sunt: sed cõtraria latẽt in eis, vt dictum est in libro de Aĩa. Et cum ita sit, cum d. alterantur à sensibilibus, intelligendũ est ab oĩbus sensibilibus, si intellexerimus vltatẽ. sin aũt, excipiem° sonos. D. d. & q̃ alteratio est istorũ solorum. i. & manifestum est q̃ motus alterationis est istius generis tũ de p̃dicamento qualitatis. D. d. & corũ, q̃ recipiunt istas qualitates ab alijs p se, non per accidens. i. d. q̃ iste motus attribuitur qualitatibus, q̃ sunt in hoc genere, & rebus, quæ recipiunt per se istas qualitates.

Aliorũ. n. maxime vtiq; quis existimabit ĩ figuris, & formis, & habitus, & in horum remotionibus, & acceptionibus alterationem esse. vr. n. esse alteratio. Non est aũt neq; in his, sed fiunt, cũ quędã alterantur, hæc. nam densata, aut rarefacta, aut calefacta, aut rigefacta materia: alteratio aũt nõ est. id. n. ex quo forma statuq; est, nõ dicimus formã, neq; id, ex quo figura pyramidis est, aut lecti, sed denominantes hoc quidẽ æneum, illud vero °cæreũ, aliud aũt ligneũ, hoccine, quod alteratur dicimus. æs. n. humidũ eẽ dicimus, aut calidum, aut durũ. & nõ solum sic, sed & ipsum humidũ, & calidum es, æquiuoce dicentes cum passione materiã. Q̃m igitur ex quo quidẽ forma, & figura, & quod factum est æquiuoce non dr̃ cum figuris, q̃ ex illo sunt: quod autem alteratur cum passionibus æquiuoce dicitur: manifestum est q̃ in solis F sensibilibus alteratio est.

Dicamus igitur de alteratiõe, quòd proprie videtur eẽ iter alias qualitates in figuris, & formis, & vestitu eas, & denudat. Et non ẽt sunt in istis, sed ista sunt, quando aliqua alterantur, quando materia densatur, & rarefit, & calefit, aut infrigidatur: alteratio vero non. quoniam id, ex quo

° a l. retreum.

tur

G *ſit forma idoli, non dicimus ipſum eſſe formam, neq; illud, ex quo ſit figura idoli, aut figura lecti, dicitur eſſe figura, ſed denominantur nomina, vt dicimus in illo, quod eſt cupreum, in hoc aũt æreum, & in alio ligneum. in alterato ve ro dicimus illud. dicimus.n. in cupro, quod eſt humidum, aut calidum, aut durum. & hoc non hoc tantum, ſed dicimus quod humidum, & quod calidum eſt cuprũ.*

I *et ſunt communia in nomine propter hoc, quod materia recipit paſſionem. Cũ igitur illud, ex quo fit forma, aut figura facta, nõ habet communicationem ī nomine cum figuris, ex quibus facta ſunt: alteratum autẽ conuenit in nomine cum paſſionibus, ex quibus alteratur: manifeſtum eſt quod in ſolis ſenſibilibus eſt alteratio.*

15 Cum voluit declarare ꝙ tranſmutatio, quę dr alteratio, non inue
H nitur de generibus qualitatum qua tuor, niſi in genere ſenſibilium: &, ſi quis videbit eam eſſe in alio gene re, dignius eſt vt ſit in genere quali tatis exiſtentis in quantitate, & in formis, quę ſunt in animato, ſm ꝙ eſt animatum: incœpit declarare hoc hic, ꝙ nõ inuenit in iſtis gene ribus. ex quo apparebit ꝙ, cum in iſtis nõ inueniatur, quãto magis in cęteris generibus qualitatis, nõ inuenit, & d. Dicamus igitur de altera tione, &c. i. qm̃, ſi tranſmutatio, quę dr alteratio, fuerit in alio genere ꝑ
ter genus qualitatũ paſſiuarũ, exi- K
ſtimatum eſt ipſam eſſe in figuris, quę ſunt in genere qualitatis, quæ eſt in quantitate, ſm ꝙ eſt quantitas, & in formis, quę ſunt in anima, & animato, qđ ẽ alrud genus. D.d. & veſtit, & denudat. i. & dr aliquid alterari, qñ recipit aliquã iſtarum figurarum, & qñ denudatur ab ea. Et intẽdebat declarare ꝙ motus alterationis, ſi exiſtimat eſſe in iſtis rebus, exiſtimat apud generationẽ, & corruptionem earũ, non qñ ſunt fixæ. Et, cum declarauit ꝙ nullus exiſtimat alterationẽ eſſe in aliquo ge
nere qualitatis, niſi ſit I iſtis duob', L
incœpit declarare ꝙ non inuenitur in iſtis duobus, & d. ſed iſta fiũt, qñ alterantur aliqua. i. & in iſtis duobus generibus non inuenitur alteratio. ſed generatio rerum exiſtentium in iſtis duobus generibus ſequitur veram alterationẽ: nõ quia alteratio exiſtit in eis, ſicut I rebus, quę alterant in rei veritate. Et hoc intẽdebat, cum d. ſed iſta fiunt, &c. i. ſed iſtę qualitates fiunt, qñ alterãtur illæ, quæ ſunt qualitates alterabiles in rei veritate. D. narrauit quo accidit hoc, & d. qñ materia denſatur, &c. i. & generatio formarum, & M
figurarum ſequitur alterationẽ materię, aut qñ condenſatur, & rarefit ſm dictẽs ꝙ raritas, & dẽſitas ſunt cauſæ generationis: & corruptiõis. aut qñ calefit, aut infrigidatur, ſm ꝙ eſt verum in ſe ita, vt mihi videtur, eſt intelligendus iſte locus. denſitas.n. & raritas ſunt apud rerum qualitates ſequentes calidum, & frigidum. Denſitas.n.nil aliud eſt, ni Dẽſitas
ſi tranſmutatio alicuius ad mino- raritas
rem magnitudinem, & Raritas ad qualitas
maiorem. Antiqui vero dicebãt ꝙ ſ. ſ. ſ. neceſſe
denſitas

densitas est cõstrictio pororum cor-
porum, & raritas expansio, & q̃ hę
duę sunt causę generationis, & cor-
ruptionis: cũ generatio apud eos sit
cõgregatio, & segregatio. & hoc bñ
conuenit in corporibus habẽ-
tibus poros: sed non sunt eis gene-
rationis, & corruptiõis, vt fingebãt,
sed sequunt generationẽ, & corru-
ptionẽ. D.d. alteratio vero non. i. q̃
autem generatio figurarum, & for-
marũ sit alteratio impossibile est.
materię. n. quę recipiũt formas, nõ
dicunt formę. v. g. qm̃ cuprum non
dr idolum, ſ. quia cupro non datur
hoc nomen, neq; ligno hoc nomen
lectus. D.d. neq; illud, ex quo fit fi-
gura, &c. i. neq; illud, ex quo fit figu-
ra, & est cęra, dr figura. similiter li-
gnum non dr lectus, neq; ęt econ-
uerſo, ſ. q̃ forma nominet a nomi-
ne materię. v. g. vt lect⁹ dicat lignũ.
D.d. sed denominãt, &c. i. formę, li-
cet nõ nominent a nose materię, tñ
denominant. vt, cũ dr q̃ idolum est
cupreum, nõ cuprũ. Et, cum posuit
q̃ figurę, & formæ, q̃ sunt in ala, &
aiato, non nominant a nose mate-
rię, sed denominant, incœpit narra
re q̃ nõ est ita in alteratiõe, & d. al-
teratũ vero, &c. i. illud aũt, qđ reci-
pit alterationẽ, nominat a nomine
eius, in qđ alterat. vt, cũ dr q̃ cuprũ,
q̃ alterat ad caliditatẽ, aut ad frigi
ditatẽ, est calidum, aut frigidũ: sed
cuprum, qđ alterat ad aliquã figu-
ram, nõ dr illa figura. v. g. vt cuprũ
sit triangulus. D.d. alteratum vero
dr illud. i. qm̃ subiectũ alterationis
denominat a qualitate, q̃ est in alte
ratiõe. dicimus n. frigidũ, & humi-
dũ intendẽdo subiectum frigidita-
tis, & humiditatis. Et, cũ d. hoc dein
de dedit cãm, & d. & sunt commu-
nia i nomie, &c. i. & subiectũ, & ac- D
cidens communicant in eodem no
mine. quia subiectum nõ exit a sua
substantia existẽte accidente, sicut
subiectũ recipiens formã exit a sua
substãtia existẽte forma, & hęc est
differentia inter formam, & accñs.
D. induxit ſyllm̃ super hoc, & dixit:
Cum igitur illud, ex quo fit forma,
&c. & cõpositio isthus sermonis est
in secunda figura sic. Illa, quę reci-
piunt formas, non communicãt in
nomine in rebus alteratis: sed alte-
rabilia communicant in nomine
cum passionibus: ergo illa, quę re-
cipiunt formas, nõ sunt alterabilia. E

Amplius, et aliter sc̃ouenięs
est. dicere. n. hominem alteratũ
esse, aut domum, quæ accepit fi
nem ridiculum est, si perfectio- ἀριστον
nem aut domus parietem, aut
tegulam dixerimus alteratio-
nem esse, &, cũ parietibus clau-
ditur domus, aut tegula tegi-
tur, alterari domum.

*Et contingit etiam inopinabi-
le hoc modo. dicere enim hominem
alterari, et domum alterari, cum
completur, & perficitur, est deri- F
sibile. quoniam, si dixerimus quòd
perfectio domus, quæ est cooper-
rectum tegulis, & facere tegu-
las, est alteratio, dicemus quòd, cũ
domus est cooperta, & fuerint te-
gulæ, quòd alteratur.*

Iste est alius sermo, in quo decla 16
rat q̃ figurarum generatio non est
alteratio, & q̃, si aliquis posuerit q̃
generatio figurarum est alteratio,
continget ei ponere q̃ generatio in
substan-

G ſubſtãtia ẽ alteratio. qđ ẽ valde im
probabile. & ſimilitudo inter illa ẽ:
qm̃ ſubiectum in eis non eſt idẽ de
principio generationis ad finem: &
ideo generatum non nominatur à
nomine ſubiecti. Quia igitur iã ap
paruit ex prędicto ſermone q̃ figu
rę in hoc ſunt ſimiles formis ſub
ſtantialibus, & q̃ idẽ cõtingit in eis,
incepit declarare qđ accidit de ino
pinabile, ſi dixerimus q̃ figure, dũ
generantur, alterantur, & dixit: Et cõ
tingit ẽt inopinabile, &c. i. & dicens
q̃ generatio figurarũ eſt alteratio,
contingit ei magnum inopinabile.

H & eſt dicere in homine, cũ generatur, q̃ alteratur, & ſimiliter in domo. cõueniunt enim in hoc, q̃ ſubiectũ
eorũ nõ eſt idẽ de principio motus uſq; ad finẽ. Induxit autẽ illud inopinabile, & d. q̃m. ſi dixerimus q̃ perfectio domus, &c. i. qm̃ impoſſibile eſt dicere domũ alterari cũ generatur: niſi dicamus q̃ domus, q̃ iam perfecta eſt, qđ declaratũ eſt ipſam eſſe ſubſtantiam, vt rectum, & tegulæ, eſt ex genere qualitatis, qđ dicit alteratio. i. qm̃, ſi dixerimus q̃ perfectio domus, quę eſt ligna, & tegulę, tunc poſſumus dicere q̃ generatio
I domus eſt alteratio. Et exiſtimatur Dubium. q̃ in hoc ſermone deſtruxit antecedens. qđ apparet ex hoc, qm̃ intendebat. ſed hoc nõ dicitur in domo, Solu. qm̃ ſua generatio perficit. ergo neque hoc dicit in eo, dũ generatur. Sed tũ hoc verum eſt in conſecutione conuertibili, ſicut in illa. Nã, cũ poſuerimus q̃ illud, qđ generatur, alteratur, ſequitur vt generatum ſit in capitulo alterationis. Et, ſimiliter cum poſuerimus quod generatum eſt in capitulo alterationis, ſequitur vt generatio ſit alteratio.

Manifeſtum autem eſt q̃ alte K
ratio non eſt in his, quæ ſunt. neque enim in habitibus. habitus .n. virtutes, & vitia ſunt. virtus aũt omnis, & vitium eorum, q̃ ad aliquid, ſicut ſanitas quidẽ calidorum, & frigidorum commenſuratio quędam eſt, aut eorum, quæ ſunt intra, aut ad cõtinens. ſimiliter autẽ & pulchritudo, & robur eorum ſunt, quæ ad aliquid ſunt. diſpõnes enim quædam eius, qđ præſtantiſſimum eſt, ad optimũ ſunt. dico I autẽ præſtantiſſimũ, quod conſeruat, & diſponit circa naturam. Qm̃ ergo virtutes quidẽ, & vitia ſunt ad aliquid: hæc aũt neque generationes ſunt, neq; ipſorũ eſt generatio, neq; oino alteratio: manifeſtum eſt q̃ nõ ẽ oino ipſa alteratio circa habit⁹.

Declaratum eſt igitur quod alteratio non eſt in eo, quod generatur. quoniam neq; in formis. formæ .n. ſunt virtutes, aut vitia. & virtus, & vitium ſunt de capitulo re M
lationis. quemadmodũ ſanitas, eſt de aliqua temperatia ex rebus calidis, & frigidis, aut intrinſece, aut in reſpectu aeris continentis. & ſimiliter pulchritudo etiam, & fortitudo ſunt de capitulo relationis. ſunt enim diſpoſitiones animalium ī reſpectu nobiliſſimi animalium. et dico laudabiliſſimam diſpoſitionem, illam, quæ eſt naturalis pura. Et, cum virtutes, et vi-

tia

A *tia sunt de capitulo ad aliquid: et ita, à sunt de capitulo ad aliquid, habent generationē, neq; aliter alterationē: manifestū est, quod alteratio nō est in formis.*

17 Cum declarauit q̄ ſ genere qualitatis, quæ eſt in quantitate, non eſt alteratio, incēpit etiā declarare hoc in alio genere prædicamēti qualitatis, ſ. in formis, quæ ſunt in animatis, & in animato. & incēpit a formis, quæ ſunt in corpore, & dixit: Declaratum eſt igitur q̄ alteratio,

B & ideſt &, cum declaratum ſit q̄ alteratio non eſt in eo, quod generatur per se, in eo, qd eſt de genere generationis, de genere formarum, manifeſtum eſt q̄ nō eſt etiam in formis quæ ſunt in animato. & narrat hoc. & d. formæ n. ſunt virtutes, aut vitia, ſ. quīn omne, quod attribuit corpori animalium, eſt aut virtus, aut vitium, ſ. aut virtus corporis, vt pulchritudo, & fortitudo, aut vitium, vt turpitudo. Deinde poſuit aliam propōnem, & eſt q̄ virtutes, & vitia ſunt relatiua. Et, quia hoc in quibuſdam manifeſtius eſt, q̄ in

C in quibuſdam, incēpit exemplificare de apparentibus, vt declararet illa quæ latent, & d. quemadmodum ſanitas, &c. ideſt & quemadmodū manifeſtū eſt q̄ ſanitas eſt aliqua temperantia, ideſt mediocritas inter res calidas, & frigidas, aut in cōplexionibus corporis & membrorum, aut in rebus cōtinentibus corpus in reſpectu corporis: medium autem relationum dicitur reſpectu extremorum. ſimiliter apparet hoc in fortitudine, & pulchritudine, q̄m ſunt relatiua. Et, cum declarauit q̄ fortitudo, & pulchritudo ſunt ſicut D ſanitas, incēpit dicere illud, in quo conueniunt, ex quo certificatur ea eſſe relatiua. & dixit: ſunt. n. diſpoſitiones, &c. n. & pulchritudo, & fortitudo ſunt in capitulo ad aliquid, ſicut in ſanitate: quia pulchritudo, & fortitudo, & aliæ formæ corporales ſimiles his ſunt diſpoſitiōes laudabiles in animalibus, quę non intelliguntur, niſi in reſpectu laudabiliſſimę diſpoſitionis, ſ. in reſpectu animalis nobiliſſimæ compoſitionis: & omne, qđ intelligitur in reſpectu alterius, eſt ad aliquid neceſſario. Diſpoſitio. n. laudabiliſſima E animalis eſt, vt in omnibus diſpoſitionibus ſuis ſit ſecundum curſum naturæ: & pulchritudo in aliquo animali eſt diſpoſitio ſ. forma creaturæ, conſyderata ſm diſpoſitionē, quam habet in creatione reſpectu nobiliſſimi animalū in illa ſpecie: & eſt illud, quod in omnibus ſuis diſpoſitionibus eſt ſm curſum naturę. & ſimiliter fortitudo eſt diſpō ſm curſum naturę eius in potētia. Et q̄ fortitudo eſt ad aliquid manifeſtum eſt. nō. n. dī, niſi in reſpectu debilitatis. & iſti eſt de pulchritudine, cum dicatur in reſpectu turpitu F dinis. eſt. n. vīi proportio inter mēbra media, & extrema. Et, cū declarauit q̄ iſtæ formę ſunt ad aliquid, dixit: Et, cum virtutes, &c. n. &c. cum ſit declaratum q̄ formæ, & virtutes corporales ſunt ad aliquid: & ſit de declaratum in Quinto iſtius libri o T.c.10. in prædicamento ad aliquid nō eſt generatio, neq; tranſmutatio, neq; alteratio: manifeſtum eſt, quod ſequitur in prima figura, q̄ in formis corporalibus, & inanimatis, nō eſt alteratio.

Neq;

C Neq; igit, circa ası virtutes & vitia. Virtus. n. perfectio ꝺđ est. vnumquodq; n. tunc maxime perfectum est, cum adeptū est propriam virtutem, et maxime ſm̃ naturā. vt circulus tunc maxime ſm̃ naturā est, cum maxime circulus est. Vitiū aūt corruptio horum, & remotio est.

Neq; ēt in virtutibus, & vitijs anima. Virtus enim est aliqua perfectio. vnaquæq; n. rerum tunc est perfecta in illa hora propria, in

H *qua pervenit ad virtutē propriā, et erit in fine dispositionis naturalis. quemadmodū circulus tūc erit in dispositione naturali, cum erit circulus in fine. Vitium autem ds fiat, & separatur ab illa.*

28 Cum declarauit ꝙ alteratio non est in genere qualitatis, quæ est in quantitate, in eo ꝙ est qualitas, incœpit declarare hoc in formis animans, & incœpit I hoc à virtutibus moralibus anteq̃ à comprehēſiuis, & d. Neq; ēt in virtutibus, & vitijs

I animę. D. induxit ſignum ſup hoc, & d. Virtus. n. est aliqua pfectio. i. & in perfectione nō est motus alterationis: ergo in virtute nō est alteratio, cū generatio eius non ſit alteratio. Et, cum poſuit ꝙ virtutes sunt pfectio, & ītēdit declarare ꝙ pfectio nō é alteratio, ſcœpit declarare ꝓpō nē, p quā declaratur hoc, & est ꝙ pfectio non est diuiſibilis: alteratio aūt est in re diuiſibili ſm̃ magis, & minus, vt dictū est I Quinto de motu, ſꝙ non inuenit, niſi in rebus diuiſibilibus. Et d. qm̃ vnaquæq; rerū est perfecta in illo tempore, in quo K perueniunt, &c. i. & perfectio est indiuiſibilis. qm̃ aliquid non ſit perfectum, niſi in tempore, in quo peruenit ad perfectionem. & causa in hoc, ꝙ iſtud tempus est īdiuiſibile, est, qm̃ illud, ad qđ peruenit in illa hora est īdiuiſibile: & est perfectio, & quia est finis rei naturalis: & finis est indiuiſibilis. D. d. & erit in fine rei naturalis. i. & ens erit in eo in fine rei naturalis. &, cum hora, in qua inuenitur perfectio, est indiuiſibilis, & est declaratū ꝙ omnis motus est in diuiſibili, manifeſtum est ꝙ alteratio non est in perfectione. L Et, cum poſuit ꝙ perfectio est in fine rei naturalis, & ꝙ finis rei naturalis est indiuiſibilis, incœpit demōſtrare hoc in circulo, cū hoc manifeſtū ſit in eo. Cqm̃ est pfectio indiuiſibilis. non. n. est circulus magis q̃ circulus. & d. quemadmodū circulus, &c. i. & perfectio rerū naturalium est indiuiſibilis, quia ſunt I fine, non ante: ſicut est diſpō in circulo qm̃ perfectio ei⁹ est, qñ fuerit I fine. nō. n. é circul⁹ ante finē. & q. d. & perfectiones ſunt indiuiſibiles, quia pfectiōes ſunt ſimiles pfectioni circuli, quēadmodū circulus nō M est circulus ante finē. ſiſt est in aliis pfectiōibus. Et, cū declarauit ꝙ virtus est indiuiſibilis, declarauit hoc ēt in vitio, & d. Vitiū aūt, &c. i. & vitiū est ſeparatio, & remotio ab illo fine īdiuiſibili. &, cum iſte finis est indiuiſibilis: ergo & illud, qđ diſtat ab eo maxime est indiuiſibile: & hoc non est medium inter virtutem, & vitium. motus autem est in eis, inter quæ est medium, vt declaratum est in Quinto. & totum hoc intellectū est ex ſuis verbis poſſet aliter.

Fit

A Fit igitur cũ alteratur quippiã, & acceptio virtutis, & vitij abiectio: alteratio tñ horũ neutrum est. Qđ aũt altereſ aliqd
Virtus. manifeſtũ eſt. virtus. n. aut impaſſibilitas quædã eſt, aut paſ
Vitium. ſiuum ſic. vitium autẽ paſſiuũ, aut contraria paſſio virtuti. Et in totum, moralem virtutem in voluptatibus, & triſtitijs eſſe accidit. aut. n. ſecũdum actum voluptas eſt, aut per memoriam, aut per ſpem. Si igitur ſm actũ, ſenſus cauſa eſt: ſi autem p me-
B moriam, aut per ſpem, ab ipſo eſt. aut enim ſimilia paſſi ſumus ijs, qui reminiſcunt voluptatis, aut ſimilia patiemur ſperãtib⁹.

Et diminutio a virtute, et denudatio a vitio fiunt, quando aliquid alteratur. ſed neutrũ eſt alteratio. Et ſignum eius quòd aliqua alteratur manifeſtũ ẽ. virtus. n. eſt aut ireceptibilitas paſſionũ, aut receptio earũ tali modo. Vitiũ aũt eſt receptio paſſionum cõtrario modo
C *illi, quo virtus recepit eas. Et vniuerſaliter accidit quòd virtus moralis ſit in modu voluptatis, et triſtitiæ. Voluptas enim aut eſt actu, aut per rememorationem, aut ſpe. Eius autem, quod eſt actu, ea eſt ſenſus: illud autem, quod eſt per rememorationẽ, aut per ſpem, erit ſecundũ hoc. Voluptas n accidit nobis, aut per rememorationẽ eius, quod habuimus ex ea, aut per ſpẽ ad illud, quod habendum eſt.*

Cum declarauit φ in qualitate, D
quę eſt in quãtitate, non eſt alte- 19
ratio, & φ generatio eius ſequit altera
tionẽ, & declarauit, φ in virtutibus
animę non eſt alteratio, vult declarare φ ſequunt alterationẽ. qđ non
fecit in formis corporalibus: quia
manifeſtum eſt eas ſequi alteratio-
nem. Et d. Et diminutio, &c. i. & vitiũ, & virtus fiũt à rebus alteratiuis:
ſed factio earũ ſ ſe nõ eſt alteratio,
cum ſint indiuiſibiles, vt declaratũ
eſt. D. induxit ſignum ſup hoc, &
d. Et ſignum, φ aliqua alterantę, ma
nifeſtũ eſt, quorũ alterationẽ ſequitur factio virtutum, & vitiorũ. Vir- E
tus. n. aut eſt prohibitio vitioſi à receptiõe paſſionũ corporalium, aut
eſt receptio paſſionum mõ terminato: & qũocunq; fuerit neceſſe eſt
vt ſequant paſſionem. Si aũt fuerſt
mediꝫ in paſſione, ſicut eſt verum,
manifeſtum eſt, qm̃ ſequuntur me
dium in paſſione. ipſa. n. paſſio corporalis erit p alterationẽ, immo eſt
ipſa alteratio. & ſimiliter ſi ſegt im
paſſibilitatẽ. prohibitio. n. à paſſione praua erit p paſſionem cõtrariã
illi paſſioni prauę. Et, cum d. φ vir- F
tus ſequitur alterationẽ, cum ſequi
tur paſſionẽ, & paſſio eſt alteratio,
I 30 Quia definitio motuum æqualiũ est pertransire in tpe æquali spatiũ æquale. Eadem ĩ specie, teneri sus est etiam ad dubitandũ sup hãc definitionem, ex qua sequitur vt alteratio sit æqualis trãslationi, quãuis posset inueniri aliqua trãslatio in aliqua lõgitudine dimẽsata, & aliqua alteratio in illa eadem longitudine. ex quo sequitur vt alteratio sit æqualis translationi, quę sunt diuersę in specie. Et hoc intendebat, cum dixit: Si igitur aliquis dixerit. &c. Deinde induxit causam, ex qua accidit inæqualitas in motu: & est, ꝙa K sunt diuersæ in specie, nedum in genere. & ideo dixit: & causa in hoc, &c. D. ergo necesse est, si illa, q̃ mutant, &c. ergo necesse est, si in duobus motibus conuenientibus in velocitate nõ determinetur, vt eiusdẽ speciei sint, quod non erit, nisi motus sint eiusdẽ spẽi, & illud, p̃ quod est motus, eiusdẽ spẽi, sed solummodo dicat ꝙ æqualia in velocitate sunt illa, quę in tpe æquali pertranseant longitudines æquales sine aliqua determinatione, necesse est vt motus non sint æquales. & si non, tunc motus circularis, & rectus essent æqua- L les. Et tũc, cum posuerimus conuenientiam in eo, in quo sunt mot' in specie, & non posuerimus conuenientiam duorum ipsorum motuũ. Et, si accidit, cum duo motus fuerint eiusdem gẽris, vt conueniant in spẽ p conuenientiam eius, per quod sunt in specie, & vt diuersentur per diuersitatem eius, vt accidit motui circulari, & recto. D. d. Vtrum igitur est cã, &c. vtrum igitur est causa in hoc, ꝙ trãslatio circularis nõ sit æqualis trãslationi recte, q̃ vtrum hoc ꝙ translatio est genus, & circularis, & recta sunt spẽs eius? aut hoc, ꝙ linea M est genus, & circularis, & recta sunt spẽs eius? D. d. tps. n. & ca. tempꝰ n. est idem in specie. & impossibile est existimare ipsum esse causam in diuersitate trãslationis rectæ ad circulare. & intendebat, vt mihi vi, per quas species eꝝ, præteritum, & futurum. Deinde dicit. Dicamꝰ igitur, q̃ hęc duo sunt insimul, &c. dicamus igitur ꝙ hęc diuersitas motus recti, & circularis sit ex ambobus insimul. scilicet ex diuersitate eius, spẽi quod est motus in specie, & diuersitate ip-

ius

gus motus. Et quia causa in diuersitate motus circularis a recto in specie est diuersitas magnitudinis rectæ a circulari specie, dixit: translatio enim habet species, &c. 1. sed trãslatio est species quia magnitudo, per quam est motus, est species. D. d. Et forte etiã, &c. 1. & forte existimatur q diuersitas translationis in specie est propter diuersitatem instrumentorum, quibus fit trãslatio eiã specie, v. g. quoniam ambulatio differt a volatione, vt vr. quia instria, quibus fit ambulatio, differunt ab instrũ, quibus fit volatio, s. pedes, ab ala. D. d. Sed non est ita. 1. sed hoc, quod existimatur, non est verum. nã, cum hoc fuerit bene consydera tum, apparebit q translatio nõ differt in specie propter diuersitatem instrũ, quo fit translatio. Diuersitas instrumenti facit in translatione diuersitatem figuræ, diuersitas autẽ, quæ est in figura, non est secũdum differentias substantiales rei. Figura enim est qualitas. differẽtia autem translationis debet esse de natura generis, in quo fit translatio, scilicet de natura vbi. Et, cum declarauit ex omnibus istis definitionem motuum qualium, dixit: Ergo necesse est, vt illa, quæ mouentur, &c. 1. ergo necesse est, vt illa, quę mouentur p idem spatium, aut numero, aut specie, quorum motus est idem in specie, vt sint equalia, & ideo dixit, & dico idem, &c

Quare hoc consyderandum, quæ sit differentia motus. Et significat sermo iste a q genus non vnum quid est, sed ob hoc latent multa. Sunt autem b æquocationum aliæ quidem multum distantes, aliæ autem habẽtes quandam similitudinẽ, aliæ vero propinquæ, aut genere, aut similitudine rationis. quapropter non videntur equiuocationes esse, cum sint. Quando igitur altera est species, si idem in alio, aut si aliud in alio? Et quæ nam definitio, aut quo discernemus q idem est album, & dulce, aut aliud, ex eo ne, quia in alio videtur alterum, an qui omnino non idem?

Et ideo consyderandum est diuersitas in motu quid sit. Et iste sermo significat quod genus nõ est idem. & deceptio inuenitur ex hoc loco ĩ pluribus absque eo: quod participatur. Æquiuocorum autem alia distant multum: alia autem in eis est quædam ambiguitas, & alia sunt propinqua aut in genere: aut in comparatione. & ideo non existimatur illud, quod est huiusmodi de æquiuocis: quæ sunt talia, & quæ talia. Quando igitur erit species diuersa. Vtrum quando eadem fuerint in alio, sed quando aliud fuerit in alio? Et quis est terminus illius? terminus eius est distinguere, & perscrutari, vtrum album sit idem, & vtrum dulce sit idem, aut diuersatur, quia inuenitur in alio, aut quia vniuersaliter non est idem?

Cũ narrauit q equalia sunt cõuenientia in specie mot⁹, & i eo, s quo

G est motus & scire hoc est difficile, dixit: Et ideo considerandum est, &c. .i. & ideo considerandū est quid sit diuersitas specifica in motu. D.d. Et iste sermo, &c. i. & iste sermo in definitione est sermo, qui significat per se ꝙ genus, in quo est motus, est diuersum. Et hoc, quod dixit manifestum est. qñ definitio, quæ notificat ꝙ illa, de quibus dicitur, sunt diuersa, est definitio, q̃ declarat ꝙ genus illarum rerum est diuersum. & hoc commune est omnibus æquiuocis. v. g. quia definitiones eorum, de

H quibus dr hoc nomen canis, sunt diuersę, videtur ꝙ illa sunt diuersa in genere. Si igitur hoc fuerit manifestum per se, tunc erit manifestū per se, ꝙ hoc nomen canis dr æquiuoce de illis, de quibus dicitur. sed, quia hoc non apparet per se ex definitionibus in omni materia, accidit errare in hoc pluribus. Et ideo dixit: & deceptio accidit, &c. i. & definitiones quorundam faciunt opinari quòd natura eorum est eadem: vnde existimantur esse vniuoca, & nō sunt. Et, cum narrauit ꝙ in definitionib⁹

I non est sufficientia dare in omni loco ꝙ genus est diuersum, aut nō diuersum, incepit declarare in quib⁹ locis apparet hoc ex definitionibus manifeste, & in quibus nō, & dixit: Aequiuocorum autem, &c. i. æquiuocorum autem alia sunt diuersa per se, alia sunt maxime diuersa in se: & in illis non latet ex definitionibus quod nomen est æquiuocum. In aliis vero est quędam ambiguitas, & latent aliquantulum, sed tamen sunt propinqua illis. alia vero sunt valde propinqua, aut in genere, aut in cōparatione. Et, quia ille tertius modus latet valde, dixit: & ideo non existimatur, &c. i. propter ambiguitatem K

istius modi æquiuocorum fuit existimatum, quod eorum est de modo vniuocorum ꝑm existimationem incertam. & hoc intendebat, cum dixit: ꝙ sunt talia, & quę talia .i. quę sunt equiuoca, & quæ vniuoca. D.d. Quãdo igitur, &c. i. cum illa ambiguitas in diuersitate specierum sit propter propinquitatem naturarum istarū, qñ igitur erit species diuersa a specie? idest, qñ igitur erunt duæ naturæ ambiguæ duæ species, vtrum qñ eadem fuerint in diuersis, aut qñ diuersa fuerint secundum formam, &

L subiectum: & hoc intendebat cum dixit, sed cum fuerit aliud in alio. D.d. Et quæ est definitio illius, &c. .i. &, cum illa ambiguitas est in eis, quæ igitur est definitio eorum, quę conueniunt in specie, idest. & definitio eorum, cum dispositio in eis ambigua sit, vtrū sint idem, aut diuersum, & cū hoc nō sit manifestū per se, perscrutandum est de illo, vtrum sit idem, aut nō. v. g. de albo, vtrum sit idem I olbus, de quibus dr albū. & similiter dulce, vtrum sit idem et in omnibus, de quib⁹ dr dulce. Et intendebat, ꝙ est ars inducens ad cognitionem conuenientię, & diuersi- M

tatis in speciebus, cum non fuerint manifestę per se, est secundum regulas datas in Septimo Topicorum vbi sunt dati loci de eodem, aut diuerso. Deinde dicit: aut diuersatur, quia fuerit ut, &c. i. quoniam perscrutandum est vtrum sit idem, aut diuersum, quia est in subiectis diuersis, aut quia est diuersum in se. & qa existimatur ꝙ causę diuersitatis sūt plures istis duabus causis, dixit: aut quia vniuersaliter non est idem.

De

A De alteratiõe autem quomodo est æque velox alteri alteratio? Si itaq; est sanari alterari, est autem hunc quidem velociter, illum autẽ tarde sanari, & simul quosdam, quare est alteratio q̃ velox. in æquali enim tempore alteratum est. Sed quid alteratum est? æquale enim hic non dicitur, sed, vt in quantitate æqualitas, ita hic similitudo. Sed sit idem, quod mutatur in æquali tempore, æque velox. Vtrum ergo eo, in quo passio, an passio B ne oportet comparare? hic igitur, quòd sanitas eadem sit, est accipere, aut quòd neq; magis, neq; minus, sed sit? existit. Si autem altera passio sit, vt alteratur id, quod dealbatur, & id, quod sanatur, his nihil ineſt idẽ, neq; æquale, neq; simile, vt iam hæc species facit alterationis. & nõ est vna, vt neq; latio. quare considerandum est quot sunt species alterationis, & quot latiõis. Si igitur quæ mouentur specie differunt, quorum sunt motus C eccundum se, & non fm accñs, & motus ipsi specie differunt: si autem genere, genere: si vero numero, numero.

Et consyderandum est de alteratione quomodo vna erit æqualis alteri. Dicamus igitur quod, si acquisitio sanitatis est alteratio, & sit possibile illud sanari velociter, & illud tarde, & duo sanentur in simul, ergo aliqua alteratio erit æqualis in velocitate: fiunt enim D *in æquali tempore. Quid igitur alteratur? æqualitas enim non dicitur hic, sed illud, in quo dicitur de quantitate æqualitas, dicitur in eo hic similitudo. Sit igitur æqualitas in velocitate in eis, quæ transmutantur, eadem transmutatione in æquali tempore. In vtroque igitur quærenda est conuenientio in re, in qua est passio, aut in ipsa passione. hic autem possumus accipere eandem sanitatem, quia nõ est ad-* E *dens, neque diminuta, sed est eodẽ modo. Si autem fuerit diuersum, vt, cum dicimus alterari ī eo quod acquirit albedinem, & in eo, quod acquirit sanitatem, & hoc non est idem, neque æquale, neque simile: sed ex istis nunc fiunt species alterationis. & non est eadem alteratio, quemadmodum non est eadem translatio. & ideo sciendum quot sunt species alterationis, & species translationis. Si igitur mota fuerint diuersa in specie, scilicet* F *quæ habent motus essentialiter, non accidentaliter, tunc motus eorum etiam erunt separati in specie: & si fuerint diuersa in genere, in genere: & si in numero, in numero.*

× Cum declarauit q̃ translatio est æqualis alicui translationi, vult quæ rere hoc etiam in motu alterationis, & dixit: Et consyderãdum est, &c. 1.

G & considerandum est de alteratione, quomodo qualitas imaginatur in ea, cum continuo non imagine tur in motibus, ut per qualitatē, & dixit hoc, quia equalitas est propria quantitatis, non qualitatis. D.d. Dicamus igitur q, si acquisito sani tatis, &c. i. cum, cum fuerit positū q acquisito sanitate est alteratio, & q possibile est aliquem hominem sanari velocius, q alium hominem, & possibile est vt duo homines sanentur simul ab vna egritudine in tempore equali, tunc alteratio erit equalis alterationi. D.d fiunt. n. in tempore equali. & iste duę sani H tates dicuntur equales, quia fiunt I equali tpe. Et, quia tempus est extrī secum a re, & non sequitur ex equalitate eius equalitas motuū, si equalitas non fuerit in subiantia motuum, incipit quęrere qualitatem, in qua inuenitur de alterabilibus, & dixit. Quid igitur alteratur. i. sed, si posuerimus q alteratio est equalis alterationi, quid igitur alteratur, ita q recipit equalitatem? si est necesse vt equalitas inueniatur in eis secundum subiantiam. D.d. equalitas enim, &c. i. equalitas enim impossi I bile est vt dicat in qualitate. sed illa de quibus dī equalitas in quantitate, dicitur similitudo suis respōdentibus in qualitate. Et intendebat, q equalitas, quę dī de quantitatibus, quę nec; addunt, neq; diminuūtur adinuicem. est igit respondens similitudini, quę dicitur de qualitatibᵒ, quę non sunt fortiores, aut debiliores se adinuicem D.d. S; igitur equalitas in velocitate, &c. i. &, cum ita sit, si equalitas dicitur de alteratione, intelligendum est in eis, quæ trasmutantur. eadem transmutatione, nec addente, nec diminuente in equali tempore: qū tunc non esset diuersa ter illd, qd intelligit de qualitate, i qualitate, & illud, quod intelligitur de similitudine. Et q̄a aliquis pōt dicere, forte æqualitas attributa alterationi est vera p subiectum alterationis. subiectum. n. eius est quantū necessario, dixit: In vtroq; igitur, &c. i. & dicendū hoc dicendum est in vtroq; igitur est quęrenda continuatio, vtrū in subiecto passionis, aut ipsi passioni. contingit. n. dicere q equalitas est in ea fm subiectum tatū, vt; continuatio sit subiecti, no passionis. & hoc accidit passioni sicut L eius p accens. Sed necesse est continuare vtrumne, vt post declarabimus. & iste sermo esset possibilis, si esset possibile inuenire duas passiones similes. & ideo dixit possibile aūt possimus accipere, &c. i. & continuatio nō inuenitur in ea, fm subiectum. cū possimus inuenire duas sanitates similes eisdem modis, quarum altera non addit, neq; diminuit a reliqua. D.d. si autem passio fuerit diuersa, &c. i. si aūt duę passiones. i. qualitates fuerint diuersę in specie. v.g. vt aliquid saneſ. & aliquid albificetur; tunc nō dīr esse eędem in specie, ne M que equales: & si qualitas earū sit i tpe equalis neq; similes. & hoc est dixit manifestum est per se. Deinde dicit: sed ex istis, &c. ndesl, si a tali diuersitate existente inter sanitatem, & albedinem fuerit species alterationis. Deinde dixit: & non est eadē alteratio. i. & ista maxima diuersitas in alteratione inuenitur, quia alteratio nō est eadem in specie, quēadmodū neq; translatio est eadem in specie. D.d. & ideo sciendum est, .i. & ió, cū voluerimus scire motus

con-

A coniungibiles qui sunt, oportet nos
[illegible] species alterationis, & species
translationis, quot sunt. Deinde de-
dit regulam in hoc, & dixit: Si igi-
tur motus fuerit diuersi, &c. i. & via
numerandum species motuum
est considerare mota per se, non p
accidens, scilicet translata per se, &
alterata per se. Si igitur fuerint di-
uersa, & motus eorum erunt diuer-
si in specie, &, si in genere, in gene-
re, & si in numero, in numero. Et
ita via est via numerandi motum:
cuius motum apud nos est notus
motu.

B Sed verum oportet ad passio
nem respicere, si eadem sit, aut
similis, si eque veloces sint alte-
rationes? an ad id, quod altera
tur, vt si huius quidem tale
dealbatum sit, huius autem tan
tum? An ad vtrumque. Et eadē
quidem, aut alia passiōe, si pas-
sio eadem sit: æqualis autē, aut
inæqualis, si illud sit inæquale.

Sed oportet nos considerare, vt
cognoscamus duas alterationes, q̄
sunt æquales in velocitate in pas-
C *sione, vtrum passio sit eadem in*
ea, aut similis, aut in alterato. v.
g. vt consideremus quod istud est
album talis quantitatis, & istud
talis quantitatis. Dicamus igitur
respondendo quoniam oportet con-
siderare de vtroq; ita, quòd dica-
mus de alteratione quòd est eadē,
aut non eadem secundum passio-
nem, cum sit eadem. Et dicamus
in ea quòd est æqualis, aut nō æqua
lis, secundum diuersitatem illius.

Cum quæsiuit prius in vtroque, D
an oporteat quærere coniunctionem 55
in illo, in quo est passio, aut in ipsa
passione, respondit primo illic, quo
niam possibile est accipere coniun-
ctionem in passione. & cum nō nat
rauit, vtrum cum hoc oporteat con-
siderare subiectum, aut non consi
derare, iterauit hic quæstionem, &
dixit. Sed oportet, &c. ideſt sed opor
tet nos perscrutari, & scire illud, per
qd alterationes sunt æquales, vtrum,
quia passio in eis est eadem in spe-
cie, aut sunt similes propter alterā-
tum, scilicet quia quantitas, quę al-
teratur in eis, est vna. Et, cum dixit, E
aut l alterato, exposuit hoc, & dixit:
verbi gratia vt consideremus, &cę.
ideſt vt consideremus de similitu
dine duarum passionum æqualita-
tem subiectorum. Deinde d. Dica-
mus igitur respondendo, &cę. ideſt
dicamus igitur quòd vtrunque est
considerandum, scilicet similitudi
nem passionis, & æqualitatem sub-
iecti. Deinde exposuit modum con
siderandi, & dixit: ita, quòd dica-
mus in alteratione, &cę. ideſt quo-
niam necesse est considerare vtrum
que, ita, quòd sciamus de duabus
alterationibus, vtrum sint eædem F
in specie, aut non, ideſt similes. &
hoc erit, quando subiectum fuerit
idem. Et dixit hoc, quoniam, cum
quantitas subiecti fuerit diuersa, di
uersabitur passio necessario. & hoc
intendebat, cum dixit: Et dicamus
in ea, quòd est æqualis, aut inæqua-
lis, &cętę. ideſt & quasi cum exigit
cum æqualitate passionis vt subie-
ctum sit idem, ideſt æquale, induxit
rationem super hoc, & d. & necesse
est considerare subiectum: quia di
cimus quòd passiones sunt æqua-
les,

Documentum.

G les, aut inæquales ſecundum ſubiectum. Et debes ſcire q̃ conſideratio coniunctionis in alteratione, ſi fuerit ſecundum ſubiectum tantũ, erit per accidens. &, ſi fuerit ſecundum ſolam paſſionem, non erit illic æqualitas perfecta, ſed ſolummodo ſimilitudo. ergo in conſideratione æqualitatis perfectæ hæc duo exiguntur, ſcilicet ſimilitudo paſſionis, & æqualitas ſubiecti.

Et in generatione quoque, et corruptione idem conſyderandum eſt, quomodo æque velox generatio eſt, ſi in æquali tẽpore generetur idem, & indiuiſibile, vt homo, ſed non animal. velocior autem, ſi in æquali aliud. non enim habemus aliquod duorum, in quibus ipſa diuerſitas, vt diſſimilitudo. Et, ſi eſt numerus ſubſtantia, maior, & minor numerus eiuſdem ſpẽi eſt. ſed eſt innominatũ q̃d commune eſt, & vtrunque, vt maior paſſio, aut excedens magis, quantum autem maius.

I *Et conſyderandum eſt de generatione, & corruptione, & quomodo generatio eſt æqualis velocitatis. & forte erit talis, cum æquali tempore generatur idem indiuiſibile, vt homo, non animal. & erit velocior, cum non fuerit in æquali tempore. non enim habemus nomen, quod continet duo hæc, neque aliud, vt hoc nomen diſſimile. Et, ſi ſubſtantia eſt numerus, dicemus numerum maiorem, aut minorem de numeris conuenientibus, in ſpecie: ſed illud, quod commune eſt eis, & illud, quod eſt proprium vtrique, non habet nomen, ſicut paſſio maior dicitur fortior, & quantum dicitur maius.*

K

Cum declarauit illa, quæ exiguntur in coniunctione alterationis, & modum conſiderandi, vult declarare hoc ſimiliter in motu generationis, ſcilicet qui coniunguntur de eis, & qui non coniunguntur, & dixit: Et conſyderandum eſt de generatione, & corruptione, &c. ideſt quomodo dicitur generatio æqualis generationi. & dixit hoc, quia ſcito modo æqualitatis, ſcietur coniunctio, cum æqualitas ſit proprũ cõiunctionis. D.d. & forte erit hoc, &c. i. & forte ſufficit in hoc, q̃ generatio ſit æqualis generationi vt ſint in tempore æquali, & vt ſit idem indiuiſibile in ſpecie non in genere, vt aĩal, cum aĩal ſit diuiſibile ſpẽs. D.d. & erit velocior, &c. ideſt in talibus iſtis generationibus, quæ ſunt in eadem ſpecie, dicitur in eis q̃ una eſt velocior altera, cum non fuerint in æquali tempore. Deinde dixit non enim habemus nomẽ, &c. ideſt contenti ſumus in definitione velocitatis, & æqualis in generatione ad hoc. quia duæ generationes cõuenientes in ſpecie, & in tpe nomẽ nõ habent, ſicut habẽt qualitates conuenientes in tpe, & ſpecie. & eſt ſimilitudo, & diſſimilitudo in diuerſis: & æqualitas in conuenientibus in quantitate, & inæqualitas in diuerſis. Deinde dixit. Et, ſi ſubſtãtia eſt numerus, &c. ideſt et conuenientia

J

L

M

uenientia duarum substantiarū generalium non habent nomen, ni si substātiæ diuersentur secundum numeros, secūdum quòd sunt compositę ex numeris, vt quidam Antiqui dicebant. quoniam, si hoc fuit, possemus dicere in substantijs quod quædam sunt maioris numeri, aut minoris de numeris conuenientibus in specie. Et intendebat quòd, si substantiæ sunt numeri, tunc cōiungibilia in substātia sunt conuenientia in specie numerali, & incoiungibilia sunt diuersa secundum magis, & minus. Deide dixit: sed illud, quod est commune, &c. i. sed illud, quod est commune substantijs, non habet nomen, neque pallio, quæ est propria eius, scilicet quòd non inuenitur nomen conuenientibus ex eis, neque diuersis, sicut hoc inuenitur in eis, in quibus diuersantur in qualitate, & in quibus conueniunt. Illa enim, quę diuersantur in qualitate, dicūtur fortiora, & debiliora, in quantitate vero maiora, & minora. a Conuenientia aūt in qualitate dicuntur consimilia, in quantitate vero æqualia.

Quę patio mouentia, & quæ mouentur proportionem inter se habeant in motu. Cap. 2.

C QVoniam autem mouēs, mouet semper aliquid, & in aliquo, & vsq; ad aliquid. dico autem in aliquo, quia in tempore: vsque ad aliquid autem, quia per quātam aliquam lōgitudinem. sem per enim simul mouet, & mouit. quare quantū aliquid erit, per quod motum est, & in quāto. si igitur A est mouens, B autem id, quod mouetur, per quā autem motum est, longitudo C in quāto autem tempus, in quo D. In æquali igitur tempore æqualis potētia ipsi A dimidium ipsius B per duplā ipsius C mouebit: per C autem in dimidio ipsius D. sic enim erit proportio. D E

Et, quia motor semper mouet aliquid, quod est in aliquo, & mouet ad aliquid. & dico in aliquo, scilicet in tempore: & dico ad aliquid, id est ad aliquam mensuram longitudinis. semper enim mouet, & mouetur. ergo necesse est vt illud, à quo mouetur, sit aliquod quantum, & in quanto. Si ergo motor fuerit A, & motum B, & longitudo C, & tempus, in quo mouet D, tunc potentia æqua F lis, scilicet A, mouebit in tempore æquali dimidium B per duplum spatium C: & mouebit ipsum per lōgitudinem C. quoniam hoc modo erit finita.

Demon-

G Demonſtratio, oſtendens quòd, ſi aliqua potentia mouet aliquod mobile, per aliquod ſpatium, in aliquo tempore, mouebit etiam illius mobilis medietatem eadem, vel æqualis potentia, per duplum ſpatium, in eodem tempore, vel per idem ſpatium, in medietate temporis.

Hæ duæ figuræ ambas deſignant proportiones.



H

D Tempus.





I

§ Cum compleuit ſermonem in diſtinguendo motus coniungibiles à motibus nō cōiungibilibus, vult declarare alia propria motori ſ moto. Primo vero, q̄ omnis motor, qui mouet aliquod motum per aliq̄d ſpatium in aliquo tēpore, mouet dimidium illius moti in illo tempore per duplū illius ſpatij, & mouet ipſum per illud ſpatium ſ dimidio illius tēporis. Et, d. Et, quia motor, &c. i. motor extrinſecus, qui eſt corpus, non ille, qui eſt virtus in corpore. & hoc manifeſtum eſt ex hoc, quod dicit, ſemper. n. mouet, & mouetur. motor. n. qui, qñ mouet, mouetur, eſt corpus neceſſario. & ideo d. ergo neceſſe eſt vt illud. per quod mouet, ſit aliq̄d quantum, i. ſpatiū terminatū, & in quanto, i. in tēpore terminato. & hoc accidit motori. ſecundum q̄ eſt corpus, aut virtus in corpore. D. d. Si igitur motor fuerit A. i. ponatur igitur in loco motoris,

A, &

A a,& in loco moti a,& in loco ſpatij c,& in loco temporis, in quo mouetur per iſtud ſpatium, d: dico ꝙ oīs motor, cuius potentia eſt æqualis iſti motori, ſ. a, mouet in hoc tempore dimidium a, quod eſt motum per duplū iſtius ſpatij, quod eſt c,& mouet ipſum per totum iſtud ſpatium in medietate temporis d. Deinde d. ſīm hoc mō erit finita, i. potentia motoris. Et hoc eſt ita, ꝙ velocitas propria vnicuiq; motui ſeq; exceſſum potentię motoris ſup potentiā moti. & ideo, cū diuiſerimus motū, contingit neceſſario vt proB portio potentię motoris ad motum ſit dupla illius proportionis: & ſic velocitas erit dupla ad illam velocitatem: ergo mouebitur in illo tpe per duplum illius ſpatij, & in dimidio eius per totū ſpatium. & hoc cō mune eſt in omni motore, cuius potentia eſt finita. Verum vero hoc ſit commune, & potentijs mouentibus non corporalibus, ſi aliquid ſit tale, habet qōnem difficilē. Neceſſario in debet eſſe reſiſtentia inter motorē, & rem motam, ſiue motio fuerit naturalis, aut innaturalis: & iſta reſiſtentia cōis eſt, ſm ꝙ alterum eſt agens, & reliquū patiens. Vnde dicimus in virtutibus cœleſtibus mouentibus ꝙ non mouet quęcunq; potentia quicunq; corpus cœleſte, ſed ſolū habet potētia mouet corpus proprīū in velocitate propria. ſed oēs cōuenīunt in hoc, ꝙ mouent in infinitū. Et ſm hunc modū non eſt proportio inter eas. & motum. ſm vero ꝙ vnaquæq; earum mouet corpus proprīū velocitate propria, ſm hoc habēt proportionē propriā ad motū, vel cū moto. Sed iſta proportio eſt indiuiſibilis. Vnde igitur accidit iſtus potentiis iſtud? Et forte hoc accidit ex diuerſitate naturarum motuentium, quæ non ſunt in materia in nobilitate ſm magis, & minus, & diuerſitate naturarum corporū, quæ mouentur ex eis. Hoc autem, ꝙ motus eorum, ſ. corporum cœleſtium eſt in tempore, licet non ſit ꝓportio inter potentias mouuas, & mobiles, accidit ex natura motus. Motores aūt, qui ſunt in materia, ſi aliquis eorum haberet potentiā infinitam, contingeret vt motus eſſet in non tempore. & hæc declarabūtur in vltimo Octaui libri. & Ariſt. nō loquitur hic, niſi de motoribus materialibus. qīū iſta perſcrutatio eſt vtilis in diſpoſitionibus motorū non materialium, vt poſt declarabitur. & in alio libro dixit, hoc. n. motori erit proportionatus. & qđ eſt in hac trāslatiōe, ſ. noſtra, eſt melius.

B Vid. 2. coe li. 38.

T.c. 78.& 79. Vid et

E ꝓhoc l.li. de ſubſtantia orb. ca. 3. ad finē.

Et, ſi eadem potētia idem in hoc tpe per tantā mouet, & per dimidiam ſ dimidio mouebit: & dimidia virtus per dimidiū mouebit in æquali tempore per æquale. vt ipſius a potentię ſit dimidia, quę ipſum e, & ipſius a ipſum f dimidium. Similiter igitur ſe habet, & ſm proportionem virtus ad grauitatem. quare per æquale, & in æquali tempore mouebunt.

F

Et, ſi eadem potentia mouet idem in tali tempore per tale ſpatium, mouebit ipſum per dimidiū illius ſpatij in dimidio illius temporis: & dimidium illius potentiæ mouebit dimidium illius rei in æquals tempore per æqualem lon-

G *longitudinem. V.g. ſit medietas po* *potentia ad iſtud pondus eſt ſicut* K
tentiæ A H. & medietas ipſius *illa proportio. & ideo mouent per*
B quieſcit ad Z. Ergo proportio iſtius *æquale, in tempore æquali.*

Demonſtratio, oſtendens quòd, ſi aliqua potentia mouet aliquod mobile, per ali-
quod ſpatium, in aliquo tempore, dimidiata potentia, medietatem mo-
bilis mouebit, per idem ſpatium, in eodem tempore.

D Tempus.



36 Cum declarabit ꝙ eadē potentia mouet medietatē mobilē tempore, I quo mouet totum p duplū ſpatij, qđ mouet in illo tpe, & mouet ipſum per totū ſpatiū in medietate tēporis, in quo mouet totum p illud ſpatium, vult declarare ēt ꝙ, cū fuerit vnus motor aliquis, qui mouet I aliqđ motum per aliqđ ſpatium in aliquo tēpore, mouebit medietatē illius ſpatij in medietate illius tēporis: & ꝙ medietas eius mouebit medietatē illius motꝰ per illud ſpatiū in medietate temporis illius. Et eſt neceſſe, ſicut dixit, vt moueatur medietas motꝰ per illud ſpatium in illo tpe. qm̄ velocitas motus, quā habebat totum motum ad totū motorē, eſt ſm ꝓportionē exceſſus potentiæ motoris ſuper potentiā motꝰ. Et, cū diuiſerimus motū in duas medietates, & ſimiliter motorem, tunc proportio motoris, quę eſt medietas, & ad motum, qđ eſt medietas, erit ſicut proportio totius motoris ad totum motum, vt vſi declarauerunt Geometræ. & ſic duæ velocitates erunt æquales neceſſario, ſcilicet velocitas totius motꝰ, & velocitas medietatis. ex quo ſequitur neceſſario vt pertranſeant idē ſpatium in eodem tempore. & ſermo eius in hoc manifeſtus eſt per ſe. M

Et ſi, ipſum E ipſum F mouet in ipſo D per ipſam C, non neceſſarium eſt inęquali tēpore id, in quo E, duplum ipſius F mouere per dimidiam ipſius C. Si igitur ipſum A ipſam B mouebit in ipſo D per tantam, quanta eſt ipſa C, dimidium ipſius A, in quo E, ipſum B nō mouebit in tempore,

A re, in quo D, neq; aliquo ipsius
D p̃ aliquid ipsius C, fm q̃ ana-
logum est ad totam C, vt A ē ad
I. omnino. n. si contigerit, non
mouebit aliquid. si. n. tota vir-
tus per totam mouit, dimidia
non mouebit, neq; p̃ quātāuis,
neq; in quantouis. vnus. n. mo-
uebit nauem, si nauē quidē tra-
hentium diuidat virtus in nu-
merum, & in longitudinem, p̃
quā oēs mouerūt. Propter hoc
Zenonis ratio non est vera, q̃ so
2 net milij quæuis pars. nihil. n.
B prohibet nō mouere eū aerem
in vllo tempore, quem mouit,
dū caderet totus modius. neq;
itaq; p̃ tēm, quātū mouebit cū
toto, si sit p̃ se, hoc mouet. neq;
.n. villa est, nisi potentia in toto.

D a. 1. hoc fi mouet.

Et, si H mouet Z, in tempore D, per spatium C, necesse est vt H illo tempore non mouerat duplum Z, in dimidio spatij C. Si igitur A mouet pondus, quod est B, in tempore D, per spatiū C, tunc, quā do a medietate A diminuitur pars, cuius quantitas ex toto est quantitas, quæ mouet, tunc illa pars singularis non per se mouebi tur. Nihil enim aliud est, nisi quod est in potentia in tanto.

Te. iste. c. 17. é diminut⁹, detiet. n. abea pte of-no n. vsq; in finé. Cōmēdé é diminutū, qa si exponit prima pars té. tex.

E

Demonstratio, probans quod, si aliqua potentia mouet aliquod mobile, per aliquod spatium, in aliquo temp. re, dimidium illius potentiæ non mouebit duplum illius mobilis, per medietatem illius spatij, in eodem tempore, neque in aliqua parte illius temporis, per aliquam partem illius spatij.

Figura hæc, ambas designat disproportiones.



1ª Dicebat Zeno q̃ mina milij, qa, cū cadit, facit sonum, necesse est q̃ odlibet granū per se faciat sonū. & similiter gurtæ aquę succedētes super lapidem, ita, q̃ faciāt in ipso fo-
Vide pro hoc. 8. ph. t. c. 23.
ueam, necesse est vt vnaquęq; earū operetur in lapide. qm̃, si nulla operatur, ergo nec oēs operant. Et iste sermo est sophisticus. qm̃ vna pars nō operatur in actu, sed in potēna.
qm̃

G qñ vnus vir de triginta nõ mouet nauem ſolus. &, cum motio eius eõ iungitur cũ præparatione, & potentia prouenientę a viginti & nouem hominibus mouebit nauẽ neceſſario, ergo vnuſquiſq; de triginta largitur nauí de pparatiõe ad moueri, qđ nauis non habebat prius. Illud igitur, q̃ viginti & nouem largiuntur de pparatiõe, é illud, q̃ vltimus motor extrahet I actu. Et ſimiliter eſt de mina milij. Et d. Et ideo ſermo Zenonis non eſt verus. & eſt q̃ vnum granum milij, quodcũq; ſit, qñ cadit, facit ſonum, i. ſed nõ qđli bet motum: qñ potentia motoris eſt terminata. Et, cum potentia motoris eſt terminata, ſ. prima potẽtia, quæ põt mouere vnamquãq; partium, nõ mouet in tpe omnino, qñ cadit, ergo ſermo Zenonis nõ eſt verus I hoc, q̃ fingit, q̃ quodlibet granum milij debet facere ſonum. D. d. nam impoſſe eſt vt nõ moueat in tpe oĩno illum aerẽ, quẽ mouet tota mina, qñ cadit. i. qñ impoſſe eſt dicere q̃ vnaquęq; partium nõ mouet in tpe oĩno, qñ cadet, aerẽ, per quẽ tranſit, motione, ex quã auditꝰ ſonus. ſicut auditur a mina, ſ. q̃ nõ H mouet ipſam I actu motione faciẽte ſonum. &, ſi vnaquęq; partũ largitur aeri ad recipiendum ſonũ pparationem, quã prius non habebat. D. d. neq; pars, &c. i. qñ vnaquęq; partũ motoris nõ debet per ſe ſingulariter mouere, neq; pars, quæ, cum additur aliis partibus, mouet totum, v. g. trigeſimus vn. Et d. quia iſta pars non vt iter alias partes cẽ fortuor in motu, niſi pp̃ præparationẽ præcedentẽ in moto, D. d. Nihil. n. aliud eſt, &c. Aut intendit q̃, cũ pars eſt in cõtinuo, nihil eſt I actu, ſed eſt in potentia in toto. Aut intẽ dit quód pars non mouet in actu, ſed mouet in potentia in toto. K

Si vero duo, & vtrunq; horũ vtrunq; mouet per tm̃ in tẽpo, & compoſitę potẽtiæ cõpoſitũ ex ponderibus per æqualẽ mouebunt longitudinẽ, et in æquali tempore: analogum enim eſt.

Et, ſi fuerint duo, quorũ vtrunque mouet vnum, & vtrunq; mouet per tale ſpatium in tali tempore, duæ potentiæ congregatæ mouebunt congregatum ex duobus ponderibus per æqualem longitudinem in æquali tempore. Sunt. n. proportionalia. Et iſte ſermo diſtinguendus eſt ita, quod tripliciter intelligendum eſt in eo, & ſint duæ intentiones. L

Hęc eſt alia intentio à prędicta; & eſt q̃, cum duo mouẽtia diuerſa, vtrũq; mouet aliqđ pondus p̃ æquale ſpatium in æquali tpe, tunc duæ potentiæ motiuæ cõgregatę mouebunt congregatũ ex duobus ponderibus per illud ſpatium in illo tpe. & hoc erit, qñ æqualiter mouẽt duo pondera diuerſa in ſpatio, & tpe. cũ M aũt diuerſantur ſpatio. v. g. q̃ alterũ mouet vnam arronã in vna hora p̃ medietatẽ vnius leucę, & alius mouet duas arronas in vna hora p̃ vnam leucã, nõ ſequit, cũ duo motores fuerint congregati, & arronæ fuerint congregatę, vt moueantur ab eis in illa hora, neq; per vnã leucam, neq; per dimidiã. qñ proportio eius, qđ congregatur ex duabus potentijs ad duo pondera nõ eſt ſicut proportio ſolius potẽtię ad vnũ pondus.

A pondus. Cum autem spatium fuerit vnum, & tempus vnum, tunc proportio eius, quod congregatur ex duabus potentijs motuis ad duo pondera mota, erit eadem proportioni: & hæc potentia ponderum, & potentiæ motorum cõueniant, aut diuertentur. vel hi gratia quoniam, si aliquis motor habet aliquam proportionem ad aliquod motum, & alius motor, cuius potentia habet illam eandem proportionem ad potentiã ponderis, quo mouetur ab eo. Declaratum est enim in libro Elementorum quòd, cum fuerint quælibet
B quantitates, & totidem earum compares, tunc proportio omnium ad omnes est, sicut proportio vnius ad vnam. Deinde dixit. Et iste sermo distinguẽdus est, & cætera, & sic inuenitur in quibusdam libris. & intendit quòd, cum duo motores mouent aliquod pondus per aliquod spatium, quòd possibile est, cum diuersemus motores, & diuersemus pondus, ita, quòd, proportio vtriusque partis ad vtrunque motorem sit, sicut proportio totius ad totum, quod proportio motus remanebit eadem. & hoc secundum propor-
C tionem est verum: sed secundum quod existimatur quòd quolibet illorum duorum. ideo dixit, vt mihi videtur, ita, quòd considerandũ est. videmus enim quòd duo, & tres homines mouent congregatum, qđ non possunt mouere secundum segregationem.

Num igitur sic est & in alteratione, & in augmentatione? Aliquid enim est augens, aliqd autem & id, quod augetur. in quanto autem tempore, et quãtum, aliud quidem auget, aliud D autem augetur. Et alterans, & id, quod alteratur similiter. & aliquid, & quantum secundum ipsum magis, & minus alterata sunt, & in quanto tempore, in duplo duplum, aut duplum in duplo: dimidium autem in dimidio tempore, aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplum. Si vero alterans, aut augens tantum, in tãto, aut auget, aut alterat, non necesse est & dimidium in dimidio, & in dimidio dimidium. sed, si cõtigerit, E nihil alterabit, aut augmẽtabit, sicuti & in pondere.

Et similiter est de alteratione, et in augmento. Est enim aliquid, quod auget. Et alterans etiam similiter est alteratum. & secundum aliquam quantitatem in additione, & diminutione erit alteratio. & in aliqua quantitate temporis in duplo erit duplum, & duplum erit in duplo. & quod est in tempore æquali est duplum. Si F *igitur alterans, & augmentans augmentat: & alterat tantum in tali tempore, non est necesse ut medietas etiam faciat hoc in medietate, aut in medietate agat medietas. & forte accidit ut non alteret omnino, aut ut non auget, sicut diximus in pondere.*

Vult declarare, quòd omnia, quę 39
dixit de moto, & motore in loco, sunt vera in augmento, & altera-

G tione, & dicit: Et ſimiliter eſt de alteratione, ideſt & omnia, quæ dicta ſunt de moto, & mororem in loco, ſcilicet quod duplum motoris mouet illud motum per illud ſpatium ſ dimidio illius temporis, aut per duplum illius ſpatij in illo tempore, & quod motor mouet dimidium moti per illud ſpatium in dimidio illius temporis, &, cum motor diuiditur in duo æqualia, & motum in duo æqualia, motus erit idē in velocitate, omnia accidunt ſimiliter in augmento, & alterato. Et, eū narrauit hoc, dedit cauſam, & d. Iſt
H enim aliquid, quod auget, & aliquid quod augetur, & in aliquo tēpore hoc auget, & hoc augetꝫ, ideſt, & ita eſt de augmento, ſicut de translatione. quoniam eſt aliquid qđ auget, & eſt reſpondens motoꝛi in loco, & aliquid quod augetur, & eſt reſpondens moto, & tempus, in quo fit iſte motus, & quantitas, in quo eſt. D. d. Et alterans ſimiliter, &c. t. & quemadmodum augens, & augmentatū eſt aliquid terminatæ potentiæ, ſimiliter alterans etiam, & alteratum ſunt terminata: & ſecundum exceſſum potentiæ alterantis
I ſupra potentiam alterati erit velocitas alterationis, & quantitas temporis, ſ quo eſt alteratio, ſ. q. hæc duo ſequuntur proportionem inter alterans, & alteratum. Si igitur proporno fuerit magna, velocitas erit magna, & tempus breue, & eccōuerſo. D. d & in duplo duplum, ideſt & in tempore, in quo aliqua paſſio in aliquo alterato ab aliquo alterante, in duplo eius erit in duplum K illius paſſionis. Deinde dicit. & duplum in duplo, ideſt & alteratio, ſ eſt dupla ad alterationem poſitam ab aliquo alterante, duplum eius erit in duplo illius temporis. & eſt conuerſum primæ. & intendebat declarare quæ ſunt proportionabilia. Deinde dixit: Si igitur alterā, &cætera. ideſt &, ſi omne alterans, & augmentans alterat, & augmentat aliquod terminatum, & in tempore terminato, & non augmentat quidlibet quodlibet, neque alterat quidlibet quodlibet, non ſequitur, cum diuiſerimus alterans in duas L medietates, vt medietas moueat illud alteratum in duplo illius temporis: cum accidit forte vt non alteret illud omnino. & hoc contingit, quando potentia medietatis motoris nō excedit potentiam motu. D. d. ſicut diximus in pondere, i. in grauitate ad leuitatem.

In huius Septimi Libri fine, in impreſſis hactenus codicib⁹ omnibus legebatur ad verbum ea pars, pœmñ ipſius Auerroꝛs, Primi, Phyſicorum, incipiens, M Vtilitas autem, vſque ad illud, Ordo vero, quam, veluti illegitime, ſuperfluę, ac vitioſe hoc in loco poſitā, abſcidimus. præcipue autem ad id Pauli Iſraelitæ, Hebræi, viri doctiſſimi ſententia coadiuuante, nonnullisque Antiquis codicibus, eam non legentibus.

Ariſtotelis

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER OCTAVVS,

Cum Averr. Commen.

SVMMAE LIBRI.

A text. 1. vsq; ad 11. demõstrat motũ ante, retroque, semp̃ fuisse fore.

A 11. vsq; ad 45. ostendit q̃ primus motor sit penitus immobilis, ꝑpetuus, & vn⁹.

A 45. vsq; ad 74. quærit an detur motus continuus, & quis motuum sit primus.

A 74. vsq; in finem, ostendit primum motũ totem indiuisibilem esse, & impartibilẽ, nullaq; prorsus habere magnitudinẽ.

SVMMA PRIMA.

B De sempiternitate motus.

Propriam de sempiternitate motus sententiam comprobat, vbi multa de Antiquorum interpretibus opinionibus. Cap. 1.

VTrum autem factũ est aliquando motus, cum non esset prius, & corrumpitur rursus, adeo, vt moueatur nihil, an nec̃ factus est, neque corrumpitur, sed semper erat, & semper erit, et hoc immortale, & sine quiete ins̃ ineſt, C quæ sunt, veluti vita quædam, quę ineſt natura subsistentibus omnibus? Esse igitur motum omnes affirmant, de natura aliquid dicẽtes, propterea q̃ mundum faciunt, et de generatione. & corruptione est cõtemplatio omnibus ipsis, quam impossibile est esse, nisi sit motus. Sed quotquot quidẽ infinitos mundos & esse dicunt, & quosdam quidem fieri, quosdam autem corrumpi mundos, semper dicunt esse motum. necessarium D enim est generationes, & corruptiones ipsorum esse cum motu. Quicunque autem vnum, aut non esse semper, et de motu supponunt fm rationem.

Vtrum autem motus aliquando fuit, & non fuit, & corrumpetur in corruptione, in qua nihil mouebitur omnino. aut motus nec fuit generatus, neque corrumpetur, sed semper fuit, & semper erit, & hoc non habet corruptionem, nec fugit ab entibus, sed est E *quasi vita omnibus, quæ constituuntur per naturam. Omnis.n. qui aliquid dixit de natura, dixit motum esse. non enim possunt loqui de fabrica mundi, & consydere in eo, secundum quòd currit generatio, & corruptio, si motus non sit. Sed dicentes plures mundos infinitos esse, quorum quidam generatur, & quidam corrumpitur, dicunt motum aternum esse. modos enim generationis, & corruptionis cum motibus esse necesse est. Dicentes uero unum mundum esse, & non aternum, secundum hoc etiam litigant de motu.* F

I

Pria intẽtio eius est perscrutari de primo motore.

VIa prima intentio eius est perscrutari de primo motore, incœpit perscrutari de motu, vtrum sit nouus, aut antiquus, s. fm̃ genus. & †q̃ ẽ ante istũ tractatũ, aut ẽ necessariũ huic tractui, aut est pp̃ meli⁹.

† Liber ꝛ. aut est pp̃ necessitatẽ, aut est pp̃ melio.

VV ij Et,

G Et,cum dixit: Vtrū autem motus non intendit motū aliquē proprium, sed intēdit vtrū isti motus existētes in partibus mūdi fuerint, postq̄ nulla pars partiū mūdi moueba℞ o℞no, & vtrū destruent oēs,ita, ꝙ nulla ps mundi moueat. Aut isti motus existētes in partibus mūdi fuerūt semper,& erunt in futuro in hac dispōne,sī qua sunt mō. Ista auté perscrutatio est necessaria, quia apparet ꝙ in mundo nō est nisi alterū horum duorū, aut plures motus succedentes,aut vnus motus cōtinuus. ſ. motus corporis cœlestis. Quæritur igit̄ H vtrū est possibile in his duobus modis sensibilibus incipi tali mō,ꝙ ante nihil fuit de eis: & siue incœpit vnus eorū ante alterū, aut incœperunt simul,ſ. motus, qui sentiuntur cōtinui,& succedentes: & vtrū corrumpentur hęc duo genera talis corruptione,cū qua nihil mouebit̄ omnino: aut hæc duo genera nō cessabunt,neq; cessabunt esse. D.d.sed ē quasi vita. & innuit per hoc,ꝙ necesse est in motu non cessare in ꝑtrito, & in futuro, si est necesse hoc I entibus naturalib⁹. Apparet.n.ꝙ cōstituto entiū naturaliū,& illud, qđ est in eis quasi vita,est motū eē. principiū.n. motus de oīb⁹ mobilibus ē sicut alia de rebus viuis. & hęc ꝑscrutatio nō est tīn necessaria in cognitiōe primi motoris, sed ēt in cognitiōe eē mūdi, ſ. vtrū sit ęternus, aut nouus. necesse est.n.ꝑscrutationem de hmōi intētione I motu ꝓcedere perscrutationē de illa in mūdo. Et, quia ista perscrutatio magis vt procedere in ꝑscrutatiōe de dispositione mundi in generatione, & corruptiōe nouificauit istā perscrutationem continere in se perscrutationē de mundo. & induxit signum,dicēdo ꝙ qui aliquid d. de mundo, debet ducere tale de motu,& d.Omnis .n. &c.i. & posuimus ꝑscrutationē primo de motu vt in loco ꝑscrutatione de dispōne mundi in generatiōe, & corruptiōe: quia hoc est naturale in ꝑscrutatione oīs n. qui locut⁹ fuerit de entibus naturalib⁹, cōcedat motū esse. D. dedit. causam in hoc, & d. nō.n. possunt loqui, &c.i. & oēs cōcedāt motū eē, quia ipse est aliquē loqui de factura mūdi, i. de natura illius,& considerare quō est in generatiōe, & corruptiōe ſm totum, aut ſm partem, ſi non conL cesserit motum esse, ſi possibile est I eo generationem, & corruptionē, aut impossibile: &, si est possibile, quō, D.d. Sed dicētes,&c.i. sed cōsyderantes de mundo, licet oēs concedant motū, tñ ita opinant de generatiōe, & corruptiōe in motu, sicut in mundo toto. q igit̄ dixit illorum plures mūdos esse, quorū corruptio vnius est generatio alter⁹, & ꝙ hoc procedet in infinitū, cōcessit motū esse,q semp fuit,& erit. D.dedit causam in hoc, & d. modos.n. generationis,& corruptionis.&c.& hoc qđ d. manifestum est. qm̄, cum opinatu M sunt ꝙ corruptio uniuscuiusq, mūdorū existentium est generatio alterius, sicut est dispō in partibus isti⁹ mūdi, ſ.ꝙ corruptio alicuius indiuidui est generatio alter⁹, & quilibet mundus eorū non est extra motū, manifestū est eos dicere motū ętternum succedentem. D.d. Dicentes vero vnum mūdum esse,& nō ętternum,&c. & hoc intellectū est per se, ſ. ꝙ qui opinatur mundū esse non ętternum,& generatum, postq̄ nihil mouebatur, & corruptibilem I res, quę

A pparet ꝙ cōstituto I tio entiū naturaliū,& illud,qđ est i eis quasi vita, ē motū eē. principium.n. motus de oīb⁹ mobilib⁹ ē, sicut alia de rebus viuis. Vide ꝙ hoc. 2. cœli. c. 68

A que non mouebunt, neceſſe eſt ipſum opinari hanc opinionē in motu. Et, quia hoc opinari in mundo
p̄t intelligi duobus modis, incœpit diſtinguere hoc, & d. Si igitur. Dico
q̄ hec expō, quā mō dixi, eſt, q̄ intel
ligitur primo aſpectu, & hoc intelle
xit Alfarabius, ſm q̄ d. in lib. ſuo de
entibus tranſmutabilib⁹. & hoc idē
intellexit Auic. & Auempace Hiſpa
nus, ſ. q̄ intentio Ariſt. I primo iſti⁹
tractatus eſt declarare q̄ ante oēm
motum eſt motus, & ante oēm trāſ
mutationem eſt tranſmutatio, &
B quod motus nō deficiet ſecundum
genus: vt procedat ex hoc ad decla
randū motū eē primum, & eternū,
qui cōtinet omnia, aut vnū, aut plu
res. & in hac declaratione eſt difficultas. Et ideo intendit Alfarabius
in ſuo lib. de entibus tranſmutabili
bus cōplere ſermonē de hoc, in quo
perſcrutatus eſt ſm quot modos p̄t
imaginari ante oēm tranſmutatio-
nē eſſe tranſmutationē, & quid p̄t
eſſe verum de hoc, & quid nō. qua-
pp̄ inuoluta eſt ſua perſcrutatio in
hoc. Ego autem, cum hoc q̄ crede-
bā expoſitionē iſtius loci eſſe iſtam
C tm̄, erā aliquantulū in errore, ſ. in
hoc q̄ declarato Ariſt. eſt declara-
no diminuta. & ſemp fui perſcruta-
tus de hac declaratione, quouſq; ap
paruit mihi intentio, quam inten-
dit Ariſto. perſcrutari. Et inueni ſer
mones ſuos conuenientes ſibi adin
uicē, ſm illam intentionē, non ſm
primam expoſitionē, quæ videtur I
primo aſpectu. Ariſt. n. intendit hic
declarare vtrū primus motus conti
nens mundum, aut primi motus, ſi
ſint plures vno, ſint facti de nouo,
ita, q̄ ante eos nō fuit motus o nō,
ita, q̄ motus propter hoc ſit nouus
ſm genus, & oſa incœpērunt move D
ri, poſtq̄ nihil mouebatur. Aut primus motus, qui cōtinet oſa, exiſtēs
in primo moto, aut in primis motis, ſi fuerit plures vno motu, ſit æternus, qui nunquā ceſſauit, nec ceſſabit, ſed eſt, ſicut dixit quaſi vita eorum, quę conſtituuntur per naturā. Et induxit ipſe declarationem de
diffinitione motus prædicta ad oſtē
dendum talem motum eſſe: non
quia induxit diffinitionē motus ad
declarandum, q̄ ante oēm motum
eſt motus: ſicut credidit Alfarabi⁹,
& alij. Perſcrutatio. n. quam hic in- E
tendit, eſt vſq; toti mundo. & non
eſt verum ſm opinionē Ariſt. vt ante motum continentē totum ſit motus, aut ante trāſmutationē, quę eſt
prima tranſmutatio, ſit tranſmutatio. Falſa igitur fuit hæc exiſtimatio illorum. hæc. n. eſt particularis.
& eſt vertū de motibus particularibus, quos cōtinet motus vſq; ſm q̄
hoc ſequitur motū vltm. non quia
hoc exiſtit in eis primo, & eſſentialiter: q̄m hoc apud ipſum impoſſe
eſt, vt apparebit poſt. Non igit̄ poneret æternam continuationē exiſtentē in iſtis motibus per accidens, F
ſigitum ad æternā continuationem
exiſtentē in ipſo primo motu, aut
primis, cum hoc, q̄ nondū declaratum eſt hic de eis. Cens eſſe tales per
accidens. & hoc manifeſtum eſt, & poſt declarabitur magis.

Si igit̄ contingit aliq̄n nihil mouerī, dupſtr neceſſe eſt hoc accidere. Aut. n. vt Anaxagoras anaxago
dicit. inquit. n. ille, ſimul omnibus exiſtentibus, aut quieſcētibus infinito tēpore, mentem ſeciſſe motum, et diſgregaſſe. Aut

Empedoc. G vt Empedocles, in parte mouer-
ri, & rursus quiescere. moueri q
dem, eum amicitia ex multis fa
cit vnum, aut lis multa ex vno:
quiescere vero in tempedijs tẽ
poribus, sic dicens. Quatenus
" vnũ gdẽ ex pluribus consueuit
" nasci, Et rursus vno generato
" plura perficiunt, Eatenus quidem & fiunt, & non est ipsis fir
" mum æuum. Quatenus vero p
" mutantur olno, neq; simul desi
" nunt, Eatenus semp sunt immo
" bilem sm circulum. Hoc. n. qua
H tenus permutantur, hinc illuc
dicere ipsum opinandum est.

Si igitur possibile est in aliqua hora nihil moueri, necesse est hoc accidere duobus modis. Aut sicut dixit Anaxagoras, qui d. quod oĩa fuerunt insimul, & quiescentia tempore infinito, et quod intelligentia fecit in eis motum, et distinxit ea. Aut sicut dixit Empedocles, quòd quandoq; mouẽtur, et quandoq; quiescunt. mouentur. n. quando amicitia facit de pluribus
I *unum, aut quando lis facit de uno plura, & quiescũt in temporibus,*
" *qua sunt interim, cum dixit. Secũ*
" *dum autem quod unum innatum*
" *est oriri ex pluribus, Et quod com*
" *pletum est unum, rarificantur ex*
" *eo plura, Secundũ hunc modũ ge*
" *nerantur, & sic non erit secũdum*
" *eos æternum. Secũdum uero quod*
" *hæc duo mutantur, et non finiun*
" *tur cum hoc, Secundum hunc mo-*
dum semper mouentur circulari- K
ter. Intelligẽdum enim est ex hoc, quod dixit, Secundum uero quod hæc duo, deest Secundum uero quod hæc duo transmutantur.

Quia natura diuisiõis facit duos 2
modos in hoc, quod posuit φ motũ sm totũ deficit ab entibus, quos modos Antiqui dicebant, Caut φ mundus fuit ex rebus quiescẽtibus tempore infinito, s. non transmutabilibus, & φ post corrumpetur tali modo, φ omnia erunt quiescentia tempore infinito, vt Anaxa. opinabatur, aut φ entia quiescant in aliqua hora, & in aliqua mouentur, vt videbat Empedocles, induxit tẽmoné vtriusq; istorũ, & tacuit opinionem Platonis de mundo, qui dicit mũdum esse genetarum, sed nõ corruptibilẽ: quia non dixit φ omnia erant quiescentia ante generationẽ mundi. sed φ mouebant motu inordinato, & φ Deus induxit ipsa ad ordinem, sicut ipse dixit. Et hoc, quod narrauit de Anaxag. qui L
dicebat φ omnia erant insimul, intendit per omnia corpora conimilia, quæ opinabatur esse elementa mundi. & intendit per hoc, qd dixit erãt insil, φ erãt latẽa in mixto M
infinito. opinabat. n. contraria existere insimul in illo mixto tempore infinito, & φ post incepit intellectus, qui est Deus apud ipsum, distinguere ea ex mixto, & extrahere ea de latitatione in actum. & ita cõtradixit ei in Primo istius lib. Empedo. vero generat mundũ ex quatuor elemẽtis, q habet p rebus materialibus. res autem agentes sunt apud ipsum duæ, ad congregãdum hæc elementa & facere ea vnũ animã,

A cia, ad segregandum lis. Mundus igit corrumpit, qñ elementa adunã tur per amicitiam, & generatur qñ multiplicatio fit per litẽ. partes vero mundi compositæ generantur apud ipsum ẽt, vt mihi vr, ex amicitia, & corrumpuntur ex litẽ. & simi liter partes existentes in individuo segregatæ, & distinctę segregantur per litem. & ideo, vt mihi vr, qa in sphęra cœlesti nõ sunt partes diuer sæ, nõ est ibi lis apud ipsum, sed cõ ponitur apud ipsum ex amicitia, & elementis, & habet ipsam pro Deo. Et hoc, qd narrauit de Empedoc. ꝙ

B qñq; mouebantur, intẽdit quatuor elementa. & intendit per quietem tẽpus, in quo mũdus est corruptus: & per motũ, tempus in quo mũdus generatus, & est eius. D.d. mouentur .n. qñ amicitia, &c. i. apst corruptio nẽ, aut generationẽ mundi. D.d. & quiescunt in temporibus, quę sunt interim. & intendit per vnã quietẽ hoc, qd est post corruptionem mũdi. per secundã aũt non põt intendere, nisi post generationẽ mundi. sed, quia mũdus apud suum eẽ mouetur, remanet ipsum non intendere p quietẽ in hac dispõne, nisi cor-

C ruptionẽ motus vl'is, quo est generatio totius mũdi. Et, cũ induxit opinionẽ Emped. in generatiõe, & corruptione mũdi, induxit verba illi⁹, & dixit, uarrando, Secundũ autem, &c. i. fm aũt ꝙ mundus generatur qñq;, & corrũpit qñq; motus non erit ęternus, cũ interim fiat quies: fm vero ꝙ hæc duo sp succedũt sibi, mot⁹ erit ęternus. & vocauit ipm circulare, qa ptes mũdi qñq; dissoluunt, & qnq, ligant. ex quo segt ipsum hre duas qtes, qtẽ post cõgregationẽ, & qtẽ post segregationẽ.

Consyderandum igitur de hoc qũo se habet. operæ preciũ .n. est nõ solum ad eam, quæ de natura est, consyderationẽ aspicere veritatem, sed & ad methodum, q̃ de principio primo est. D

Et oportet nos considerare de hoc, quousque sciamus quomodo est. hoc enim non tantũ est utile in uere sciendo aliquid in scientia naturali tantum, sed etiam prodest in usa inducente ad considerationẽ de primo principio.

E

Dicit: Et oportet nos consyderare de hac intentione ſ motu. hęc. n. perscrutatio nõ tm̃ est utilis in scia naturali tm̃, sed ſ scia diuina. & hoc intendebat, cũ d. in via, i. in arte. Diuinus. n. accipit prima principia mouẽtia à Naturali: & nullã habet viã ad demonstrandũ eẽ primũ motorẽ, nisi accipiat ipsum pro cõstãti à Naturali. † Et qd existimauit Auicen. ꝙ Diuinus dẽt mõstrare primũ principiũ eẽ, ẽ falsum. & via eius, quã induxit ipsum inuenisse eẽ, qua vsus est in suo lib. & fuit Algazel sequẽs ipsum, est via tenuis, & nõ ẽ demõstratiua aliquo mõ. Nos autem de hoc fecimus tractatum singularem super hoc. & qui voluerit accipere qõnes accidentes in ea, videat hoc ex lib. Algazelis. plures enim, quas induxit contra alios, veræ sunt.

Incipiemus autem primum ex definitis à nobis prius ſ physicis. Dicimus itaq; motum eẽ actum mobilis, fm qđ est mobile. Necesse est ergo existere res, quę possunt moueri fm vnum-

3 Diuin⁹ accipit pria principia mouentia à Nili: & nullã hẽt viã demõstratiuam ad hoc. vide t ph. c. vl. 3c q ubi.

† Contra Auicẽ. & Algazelẽ.

F

G quęq; motũ. Et ſine ẽt mot⁹ definitione omnis vtiq; confitebitur neceſſarium eſſe moueri id, quod põt moueri ſm vnũquẽque motum. vt alterari quidẽ alterabile, ferri autẽ ſm locum mutabile. quare prius oportet cõbuſtibile eẽ anteq; cõburaſ, & cõbuſtiuũ, prius q̃ cõburat.

Incipiamus igitur ex prædictis, in quibus prædiximus diſtinctionem, & determinationem in artibus & nos incipiemus in rebus determinatis prius in rebus naturalibus. Dicamus igitur quod motus eſt actus, eius quod innatũ eſt moueri, ſecũdũ quod innatũ eſt moueri. Neceſſe eſt igitur illa eſſe, in quorum potentia eſt moueri vnoquoq; motuum. Et ſine hac definitione oẽs homines concedunt quòd non eſt neceſſe moueri niſi illud, quod poteſt moueri: & hoc neceſſe eſt vnoquoq; motuum verbi gra. quod non alteratur niſi illud, quod innatum eſt alterari, nec transfertur niſi illud, quod innatũ eſt trãſferri in loco. neceſſe eſt igitur vt res ſit innata combuſti prius, antequam comburatur, & combure re, antequam cõburat.

4 Ideſt, incipiamus igitur primo à rebus, ſ̃m os eſt vt determinent in initijs artium, quæ ſunt quaſi principia earum. & incipiamus ex iſtis in hac ſcia à rebus, quatum definitiões determinauimus ex rebus naturalibus. Et ſecrpit ponere ad hoc propõnem notam & eſt. Omne, eſt eſt, poſtq; nõ fuit, neceſſe eſt ipſum fuiſſe ante: & q̃ motus generatus talis eſt, ſ̃q omne, quod mouetur, poſtquam non mouebatur neceſſe eſt vt ante eſſe poſſet moueretur. Et induxit ad hoc certificandum duos modos, quorũ vnus eſt ex hoc, quod declaratum eſt ex definitione motus, & ſecundus ex inductione, & d. Dicamus igitur q̃ motus, &c. i. dicam⁹ igitur, quia cũ declaratum eſt in Tertio iſtius libri quod altera definitionum motus eſt entelechia mobilis, ſecundum quod eſt mobile, ideſt & entelechia eius, quod innatum eſt moueri, neceſſe eſt vt res mobiles ſint ante motum in vnoquoque generum motuum. & cũ res mobiles fuerint ante motum, tunc potentia ad motum erit ante motum. Et intelligendum eſt ex hoc quod motum eſt prius tempore motu duobus modis. Quorũ vnus eſt motum, in quo eſt potentia, ſit alterius ſpeciei à ſpecie motus, in quo eſt ipſe motus. Secundus eſt, vt illud mobile, in quo eſt potentia ad motum, ſit motum in actu, ſcilicet quod motum in potentia eſt idem in numero cum motu in actu. Primus autem modus inuenitur in duobus, ſcilicet in motu generationis, & corruptionis, & in motibus tranſlationis, quæ eſt corporum ſimplicium. motus enim, cuius generatio eſt finis, & complementum, ſuum ſubiectum eſt illud, ex quo eſt generatio: & ſimiliter eſt de corruptione. ſubiectum vero motus tranſlationis elementorum, in quo eſt potentia precedens hunc motum, in tempore,

Alta rabij.

eſt

A est corpus, ex quo est generatio elementi.v.g.quia,quando ignis generatur secũdum totum,statim habet vbi,cui est superius fm totum: & dum generatur pars singula illi⁹, statim habet singulam partẽ illius vbi. Potẽtia igitur istius motus nõ est in subiecto,qđ est ignis in actu, sed in subiecto, ex quo generatur ignis,v.g.ligno cõbusto, aut oleo inflammato. a Et hoc ignorauit Ioannes Grammaticus. & existimauit,q̃ quædam potẽtiæ inueniũtur cum illo,ad quod est potentia. b Et decepit alios in hanc potentiam esse coniunctam cum forma ignis, q̃ est in actu, per potentiam, quæ est coniuncta cum ea, quando violentatur ab aliquo,q̃n generat,ne moueatur superius. Et ista potentia est dicta a naturali,cum sit violenta.naturalis autem impossibile est vt sit coniuncta cum forma ignis,scilicet potentia, quæ est in igne ad motũ sursum. Et si hoc esset,tunc duo cõtraria essent simul eodem subiecto, & in eodem tempore.s. potentia motus, & motus insimul,quod est impossibile. c Hoc manifestũ est. Et ex hac definitione motus apparet bene impossibile esse generationem esse ex nõ esse puro generatio.n.est motus: & est necessarium rem motam esse in actu ad esse motus. d & ideo impossibile est aliquod ens generari a moto,quod est in potentia ens tm̃.v.g. a prima materia, fm q̃ potest intelligi nuda a forma, nedum vt generetur ex non esse. d Et etiam apparet hoc idem ex significato huius sermonis,hoc generari ex hoc.v.g. album fieri ex nigro, e & vsr contrarium ex contrario, non est dicere q̃ ipsum contrarium mutatur in suum contrarium. illã.n. albedinẽ fieri nigredinẽ impossẽ, aut ipsum calorẽ frigus. Illud igitur, qđ possibile est tãsmutari in subiectum generati,est illud,ex quo ẽ generatio: & illud est subiectum contrarij. Et, cum ita sit,& non esse est vnum cõtrariorũ,impossẽ est eius naturã mutari in esse: ergo impossẽ est aliquid generari ex eo, nisi per accidens. iõ dr q̃ dies fit ex nocte.i. post recessũ noctis, & frigidum ex calore.i. post calorem. Est igitur necessario aliqd cũ quo adiungr̃ non esse,ex quo fit generatio essentialiter & hoc motũ est per se, f & Antiqui omnes conueniunt in hoc loquentes autẽ Sarracẽm habẽt pro posita aliquid gñari ex nihilo, & negant hoc principiũ. Et cã erroris eorũ fuit hæc,q̃ sentiũtur q̃ multa comprehensibilia visu generantur ex rebus incomprehensibilib⁹ visu.v.g.ignis ex acte: & sic imaginantur primo aspectu possibile esse aliquid generari ex nihilo. vulgus.n. non intelligit de non esse nisi illud, quod non cõprehenditur visu. & sic accipiunt rem assimilatã rei loco veræ rei, & existimant impossẽ esse posse. g Et nituntur ad cõfirmandum hoc ex hoc, q̃ mos est dicere q̃ subiectum esse necessariũ agenti.s.subiectum,ex quo fit gñatio,est diminutio agentis, h Et omnia ita sunt existimationes vulgares, valde sufficiẽtes fm cursum, fm quem nutriuntur homines in eis, non fm sermones sufficientes. i Agens.n.non posse agere aliquod impossẽ non dr esse diminutio: sed dicere ipsum facere aliqđ ipossibile,est posse facere est deceptio. Et, cum declaratum est hoc fundamẽtũ, dicamus, & quia hoc nitebantur de-

D

d Ex sigfia to fmõis. e Cõtrariũ fi mutat fi suũ cõtrariũ. Idē.i ph.42.51. 54.57. 18 c.ph. 7.& 8.cõ. &.t. 8 gña. 47

E

f Ab auctoritate.

F

g Argñ.ſa racenorũ.

h Solutio. i Agẽs nõ posse agere aliquid ipossibile dr eẽ diminutio: sed dicere ipsũ facere aliqd ipossibile, & posse facere est deceptio.

G clarare. ſ. ꝙ potẽtia motus eſt priot tempore motu, eſt manifeſtũ ſine definitione motus. Et dixit: Et ſine hac definitione, &c. 1. & ſine definitione motus apparet etiam ex inductiõe ꝙ non mouetur niſi illud, qđ anteq̃ moueretur, erat poſſe mouen. q̃m, ſi non eſſet poſſe mouẽri, nõ moueretur. v.g. ꝙ non alteratur, niſi illud, quod poſſe erat alterari, & ſimiliter non mouetur, niſi illud, qđ ante erat poſſe mouẽri. Et intelligẽdum eſt de hac intentiõe duos modos potentiæ. ſ. quæ inuenitur in ipſo moto, & quæ inuenitur in mate-

H ria mota. D.d. Neceſſe ẽ igitur, &c. 1. neceſſe eſt igitur, vt potentia ad illud, quod generatur, exiſtat ſeo ante ipſum gñatum. v.g. ꝙ illud, quod comburitur, & ſit ignis innatũ erat comburi, anteq̃ comburereꝛur. Et iſta potentia nõ tm̃ præcedit paſſionem exiſtentem in paſſiuo ſm tempus, ſed etiam præcedit ſm tempus virtutem agentem in agente. quod enim comburit innatum erit ante comburere. & ideo oẽ agens, quod poteſt agere q̃nq;, & q̃nq; non, neceſſario inuenitur q̃nq; potentia, & q̃nq; non, & omnia iſta ſunt neceſ-

I ſaria, & vera. Et hoc, quod dicũt Loquentes noſtræ legis, immo inuoluentes, ꝙ poſſe eſt ꝓuenire actionẽ nouam. ſ. poſtq̃ non fuerit ꝙe infinito ab agente antiquo, abſq; eo, ꝙ illic ſit cauſa, quæ fecit illud agens agere in aliqua hora magis q̃ alia eſt ſermo ſophiſticus, & deceptiu⁹.

Quid p loquentes. Vide. 3. phiſic. cõ. 15.

Auer. exp. Dico ſm hanc expoſitionem intellexit Alpharab. & alij hoc capitulum. ſ. ꝙ induxit definitionẽ motus ad declarandam potentiam eſſe ante actum. & hoc non eſt propriũ motui, ſm ꝙ eſt motus, ſed eſt propriũ nouo facto, ſm ꝙ eſt nouum factũ, K
. ſ. vt potentia, & poſſe noui præcedat ipſum ſm tps. Secundum autẽ noſtram expoſitionem induxit definitionem motus, ad declarãdum ꝙ motus ẽ in moto. q̃n, cum dictũ ſit in definitione eius ꝙ eſt entelechia moti, neceſſe eſt vt ſit in moto. omnis. n. perfectio neceſſe eſt vt ſit in re, quę perficitur. Et ſm hoc inuenimus Alex. in ſuo lib. de principijs inducere definitionẽ motus, ad declarandum motum eſſe ęternũ. Et hoc, quod dixit: Et ſine hac definitione, &c. hoc decepit homines in L
hoc: & exiſtimauerũt ipſum declarare potentiam eſſe ante actum in tpe. & ipſe intendebat dicere ꝙ nõ di mouẽri, niſi illud, in cuius natura eſt motus. ſ. corpus mobile: & qđ non inuenitur in immobili.

Ergo & hæc neceſſarium eſt aut facta aliquando eſſe, cũ non eſſent, aut perpetua eſſe.

Iſta etiam neceſſe eſt, aut ut non ſint talia, niſi in aliqua hora abſque eo, quod talia erant, aut ut ſint talia æterne. M

Dicit: Iſta igitur ſenſibilia neceſ- ſ. ſ. ꝙ
ſe eſt, aut vt nõ ſint, ſicut vi. ſ. ꝙ ſ dam ſemper mouentur, & quędam ſemper quieſcunt, aut ſemper ſuccedunt ſibi hæc duo in aliqua hora. ſ. motus, & quies, abſq; eo, ꝙ ante illã eſſent huius oppoſitiõis, ſed omnia erãt quieſcentia, deinde incœpẽrũt ab aliquo moueri, ſm ꝙ modo ſentiuntur, aut ſemper fuerunt, ſm ꝙ modo ſentũtur. & cum dixit ꝙ hoc eſt quęrendum primo, incœpit declarare ipſum. Dico ꝙ hæc eſt expõ vera, dixit & quia apparuit iam pri-

ma

A ma mota esse,aut primum motum qđ est causa in motibus eorum, q̄ mouentur q̄nq, ex istis rebus, quæ sunt hic, & quiescunt q̄nq;, & nun quam apparet q̄ ista mota qescũt, neq, in aliqua hora.ſ. corpora cœlestia, cõsyderandũ est vtrum fuerint istius dispositiõis in aliqua hora.ſ. ipsa esse primo mota,aut semp fuerint istius dispositionis.ſ. mota æternа. Et dixit hoc, quia declaratũ est in principio Septimi, impossibile eſ corpus mouere corpus in infinitũ, & ideo necesse est mũdum habere primum motum,aut prima mota,

B &,si nõ inueniretur magnitudo infinita in actu : & inueniretur motum infinitum pertranſire in tẽpore finito spatium infinitum, vt declaratum est in principio Septimi.

Si igitur factum est mobiliũ, ac motiuorum vnumquodq̄, necessarium est prius, quã accepta,aliam esse factam mutationem,et motum,ſm quẽ factum est id,quod potest esse motum, aut mouisse.

C *Si igitur vnumquodque mobilium non mouetur, nisi postquam in sua potentia erit ut moueretur, necesse est ut ante transmutationem dictam,fuisset alia transmutatio, & motus, in quo fuit possibile moueri,aut mouere.*

6 Si igitur hoc,quod narrauimus, q̄ omne motum, & omne mouens necesse est, vt antequã inueniatur mouere, & moueri in actu,vt inueniatur mouere,& moueri in potentia, & posuerimus q̄ ista potẽtia, & posse est pouum, necesse est q̄ ante primum motum, quem posuimus D primum,fit alius motus, per quem fuit posse præcedens primũ motũ, qui positus fuit primus. posse.n.qđ præcedit motum fieri de nouo, necessario præcedit motum.sed iã posuimus ipsum primum. & hoc est inconuenies. Et fiet accidit in trãsmutatione,p quam fuit posse,si posuerimus ipsam esse primam.ſ. q̄m sequitur,vt potentia ad ipsam præcedat ipsam ſm tẽpus, & q̄ ista potentia sit facta ex transmutatione. Et quod apparet ex hoc sermone ẽ, q̄ necesse vt ante illum motum, qui ponitur primus, est alius mo- E tus. sed non sequitur ex hoc, vt secundus motus succedat antecedenti statum : sed sequitur vt sequaĉ ipsum interpollatum.ſ. q̄ Iter illos sit tempus quietis, in quo inueniebaĉ posse. Cum autẽ dixerimus q̄ posſi Solutio. bile non exit in actum, nisi per aliquid in actu.ſ. per motorem, necesse est illos motus eẽ.ſ. succedẽtes.ſ. q̄ nullum tempus sit extra motum & si esset in fine paruitatis . motor .n. mouet ipsum in tẽpore, in quo mouet,& nõ ante,nisi quia ante nõ habebat dispositionẽ, qua posse erat F Ieo ipsa dispositio, tũc incœpit mouere. Et ista dispõ, aut est I ipso motore,aut in moto,aut in vtroque. & est aut quia motor non fuit, & post fuit, aut quia fuit, sed diminuebatur ab ipso dispositio, per quã mouet . & hoc est aut propter aliquam dispositionem in eo,aut propter dispositionem in moto, aut sicut distantia, & impedimentum. Et istæ tres dispõnes forte deficiũt aut plures earum,aut vna in moto. & hæc erit causa.q̄ motor nõ mouĉat. ergo

G go necesse est ut ipsum mouere succedat motui præcedenti, s. q̃ principium sui mouere sit finis motionis ãtus ipsum. Et mouere illud præcedens aut fuit in moto, aut in motore, aut in extrinseco. s. aut gñatio, aut alteratio eorum, aut in vtroque, aut dispõ in altero eorum, aut in vtroque, aut appropinquatio in loco, aut recessus impedimenti. ergo necesse est q̃ ante transmutationẽ cẽt transmutatio: aut trãsmutatio non est continua, per quam transmutatum fuit posse vt transmutaret: aut transmutatio continua est cum ea,

H per quam transmutans fuit trãsmutans, postquam fuit in posse. Et forte tacuit hunc modum, quia apparet ex secundo conduidente, quod post induceret: & est q̃ aliquis dicat q̃ posse, quod præcedit primũ motum, est antiquum, fm q̃ ponũt ipsum dicentes mundum fieri, postq̃ non fuit in aliqua hora. Et forte tacuit ipsum, quia non indiget eo in hac declaratione.

Excusat auct. abi subsidens

Si autem quæ sunt, ante erãt semper, motu nõ existente, irrationabile quidem videtur etiã

I ñs, qui à seipsis sciunt. At vero magis vltra progressis hoc necessarium est accidere. Si.n. alĩs quidẽ mobilibus existentibus, alijs autem motiuis, aliq̃n quidem est quid primum mouens, aliquid autem, quod mouetur, aliquãdo autem nihil, sed quiescit, oportet hoc mutari prius. erat enim aliquid causa quietis. quies enim priuatio motus est. quare ante primam mutationẽ erit mutatio prior.

Et, si in præterito semper fuerit K *talis dispositionis, sed non fuit motus, apparebit ex isto ipso sermone cum fuerit consideratus ipsum nõ habere modũ: & hoc apparet manifeste. Et sequitur in eo magna improbabilitas, quando inuestigauerit quæ bene. Quoniam, si illa, quæ innata sunt mouere, & illa, quæ innata sunt moueri, sint, et quandoque erit hic primus motor, & erit hoc motum, & quandoque nõ* L *erit utrumq̃, sed quies, necesse est ut in hac dispositione ante illud sit transmutatio. quies enim aliquã habuit causam. nam quies est priuatio motus. quapropter necesse est ut ante primam transmutationẽ sit transmutatio præcedens.*

Quia hoc, quod potuit in hoc q̃- 7
sito, quasi fundamentum, sup quod fundauit demonem est hoc, q̃ hic est primus motus, & primũ motũ, & primum mouens, v. g. motus cæ-
lestis primus, & illud, quod mouet M
tur hoc motu, & quod mouet hoc motu, vt declaratum est i Septimo & Quinto, s. q̃ ante motum nõ est motus essentialiter, incepit perseruatiõ verum motus, qui est huius dispõnis, possit esse primus fm tempus, & fm naturam, aut non possit esse primus, nisi fm naturam tñ, s. q̃ semper fuit, & erit. D. posuit perseruationẽ suam de hoc in rebus motus, & dixit q̃ illud, quod mouetur prio motu temporali, si sit hmõi motus talis huius dispõnis, necesse est, aut ut sit generatũ, aut æternum. s. q̃ semper fuit

A fuit, & erit. ſed motus eius primus fuit temporalis. Si igit fuit generatū tūc ante primū motum tēporalem fuit alius motus: & ſic ille motus, q fuit poſitus primus, non eſt primus, nec tempore, nec natura. motus n. ante quē eſt motus, non eſt primus, neq; ſm tempus, neq; ſm naturam, Et, ſi motum fuerit æternum, & primus motus, quo mouetur, fuerit primus iñ tempore, ſ. q̄ moueatur poſt quietem infinitam, neceſſe eſt q̄, cū motor ſit æternus, & motū ſit æternum, & nulla cauſa ſit agens quòd illud motum ſit quieſcēs in aliqua
B hora, & motum in alia, neceſſe eſt vt non quieſcat, & ut non moueat: cum eandem habeant proportionē ad motum, & ad priuationem motus. Quapropter neceſſe eſt illic eſſe cauſam agentem, & motorem, qui moueat, poſtquam non mouerit, & tem motam vt moueatur, poſtquā non mouebatur, aut cauſam faciendi vtrunq;: & erit cauſa, aut per eius ablationem, aut per eius abſentiam. Et quomodocunq; fiat, neceſſe eſt vt ante illum motum, poſitū primum motum ſit alius motus: &
C hic non erit primus, ſicut fuit poſitū neq; ſm tps, neq; ſecundum naturam. Ergo neceſſe eſt vt ſit hic primus motus naturaliter, qui ſp fuerit, & motum tale, & motor talis, ſi non fuit ſm tempus, & q̄ nō ſit hic motus primus alio modo. quod eſt impoſſe. Et iſta declarabitur q̄ ſemper erit. Et inducere hanc expōnem ſm verba Ariſt. non eſt difficile: immo iſta expō eſt, qua non poteſt eſſe verior. Et non debet aliquis dicere q̄ primus motus temporalis eſt motus generationis. motus. n. gñatiōis nō eſt motus, ſed finis motus, & impoſſe eſt vt ſit primꝰ ſm tempus, aut
D ſm naturam. nec motus, cuius finis eſt generatio, eſt poſſe, vt ſit primus. nam iſte motus eſt motus alteratiuus: & primus motus debet eſſe æternus. & eſt declaratum in vltimo Sexti, q̄ impoſſibile eſt vt motus æternus ſit, niſi motus circularis.

Alia enim mouent ſingulariter: alia autem & ſecundū contrarios motus. vt ignis quidem calefacit, frigefacit autem non: ſcientia autem videtur contrariorum eſſe vna. Videtur igitur
E & illic eſſe aliquid eiuſmodi. frigidum enim calefacit, verſum quodammodo, & abſcedens, ſicut & peccat voluntarius ſciēs, quando econtrario vtitur ſcientia. At vero quęcunque poſſunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri, ea moueri non penitus poſſunt, ſed ſi ſic ſe habeant, & appropinquent ſibi inuicē. quare, cū propinqua fuerint, & ita fuerit, vt ſit hoc quidem motiuum, illud autem mobile, aliud
F quidem mouet, aliud autē mouetur.

Et quadam mouent ſingulariter, & quadam mouent duos motus inſimul. verbi gratia quoniam ignis calefacit, & non infrigidat: cognitio uero exiſtimatur eſſe duorum contrariorum eadem. Sed q̄ paret etiā illic aliquod ſimile hoc modo. frigus enim quandoque calefacit, quandoq; reuertitur quoquo modo, ſicut ſciens peccat quandoq;,

G *quando vtitur ſua ſcientia peruerſe. Sed non omnia, quæ poſſunt agere, aut pati, aut mouere, aut moueri, neceſſario poſſunt hoc, ſed quando fuerunt talis diſpoſitionis, aut quando fuerint vicinantia ſibi ad inuicem: ita, quòd quando fuerint vicinantia ſibi, hoc monebit, & hoc monebitur, & cum fuerint in illa diſpoſitione, in qua hoc innatum erit mouere. & hoc innatum eſt moueri.*

H 8 Cum poſuit ꝙ cauſa quietis eſt alia a cauſa motus, & ꝙ cum fuerit poſitum aliquod motum, poſtea nõ mouebatur, ꝙ neceſſe eſt vt auferat cauſa quietis, & ꝙ ablato illius eſt tranſmutatio, aut ſequens tranſmutationem, & eſt manifeſtum hic eſſe aliqua, q̃ faciunt duo contraria inſimul, & apparet in eis mouere abſq; eo, ꝙ præcedat ea alius motus, & ſunt entia rationalia, incepit declarare hoc, & nititur diſſoluere quæſtionem accidentem in eo, & dixit: Et quædam mouent. i. & apparet ꝙ quædam mouent motu ſingulari tãtum. ſ. vno duorũ motuum contrariorum, & quædã mouent duobus motibus inſimul. ſ. horis diuerſis. † Illa. n. quæ mouent motu vno tãtum, & non habent potentiã ad cõtrarium ſunt illa, quæ mouent p virtutes naturales in eis. v. g. ignis, qui calefacit tñ, & non infrigidat. ſ. cõnaliter: & nix, q̃ infrigidat, & nõ calefacit. Illa autem, quæ habent potentiã ad vtrunq; cõtrariũ, ſunt virtutes. ſ. comprehenſiuæ. Et hoc intẽdebat, cum dixit: cognitio vera, &c. i. virtutes autem rationales videnꝫ habere poſſe ad vtrunq; contrariũ. K Et intendit hic per hanc diſtinctionem exiſtimatur, cõcedi ab omnib' aut a pluribus. Et, quia virtutes naturales agunt alterum contrariorum, & q̃q; reliquum per accidens, dixit: Sed apparet, &c. i. ſed in virtutibus naturalibus eſt aliquod ſimile ei, quod inuenitur in virtutibus rationabilibus de hoc. ſ. ꝙ agunt vtrũq; contrariũ: quia altera actio eſt virtutum naturalium per ſe, & reliqua per accidens: in virtutibus autẽ rationabilibus duæ actiones cõtrariæ ſunt eſſentialiter. Et, cũ nonficauit ꝙ virtutes naturales habent etiam L hoc, dedit exemplum, & dixit: * frigus. n. &c. & intendit per hoc, quod dixit reuertitur. hoc, quod calor exiſtens in re reuertitur de extrinſeco intrinſecum per frigus: ex quo accidit ꝙ illud ens calefacit modo accidentali. & hoc intendebat, cum dixit, quoquo modo. Et quia iſte modus trãſmutationis, ſ. qui eſt per accidens, fit ex virtutibus naturalibus, ſicut fit ex virtutibus naturalibus, notificauit hoc, ꝙ dixit: ſicut ſciés, &c. i. ꝙ frigidũ calefacere per accñs eſt ſiſe peccato artificis, qui erraueritcirca contraria vero. & iſte eſt M ille, qui vtitur ſua ſcientia peruerſe. ſ. qui vtitur ſua ſcientia econtrario ei, quo deberet vti. Et forte induxit hoc poſt illud, quod intendebat declarare de improbabilitate, conuenjente ponentibus omnia fuiſſe qeſcentia tempore infinito propter alterum duorum: aut ad declarandũ ꝙ ſi fuerit poſitum ꝙ omnia erant quieſcentia, deinde incœperunt moueri, ꝙ nõ ſequitur in omnib' hoc, ſ. vt cauſa motus ſit alia a cã quietis, & cauſa motus illius cauſæ ſit

aliud

A aliud à causa quietis eius, sicut sequebatur in initio sermonis. existimatur .n. quod hoc non contingit, nisi in motoribus, qui agunt alterum contrariorum duorum tantum. in virtutibus autem, quæ agunt duo contraria insimul, non contingit vt causa quietis non sit causa motus: cum illud, quod agit quietem in istis virtutibus, est illud, quod agit motum. sed contingit hoc in quibusdam: cum ille, qui ponit hunc sermonem, nõ possit ponere omnia de genere virtutum, quæ agunt contraria. Et secundum hoc dedit responsionem ad hanc quæstionem, dicendo: Sed non omnia, quæ possunt, &c.
B i. & ponens hunc sermonem, & dans hanc rationem, non potest dicere hoc in omnibus rebus: cum plures rerum non sint rationales, sed plures rerum, quæ mouent, & mouentur, nõ incipiunt mouere, & moueri, nisi cum fuerint in aliqua dispositione ex extrinseco: & reperiuntur quiescere, cum fuerint ex extrinseco in contrario illius dispositionis, in qua erant, in qua mouebantur, & mouentur. Et hoc intendebat, cum dixit: sed quando fuerint talis dispositionis, &c. i. sed rerum naturalium res naturales ea, quę
I sunt inata mouere, et moueri, post quam erant, non mouent, aut mouentur, nisi aut quia diminuebatur ex eis dispositio, per quam hoc mouet, & hoc mouetur, aut quia distant abinuicem, aut quia illic est aliquod impedimentum. Cum igitur vtrumque eorum fuerit in dispositione, qua hoc mouet, & hoc mouetur, & fuerit propinquum vnum alij, & non fuerit illic impediens, tunc necesse erit vt hoc moueat, & hoc moueatur. Sed adhuc remanet eadem quęstio. potest .n. aliquis dicere quod primus motor totius est ex habentibus virtutes D rationales, cum habentia virtutes rationales incipiunt mouere post quietem, & quiescere post motum, absque eo, quod deficiat dispositio, per quam hoc mouet, & hoc mouetur, & absque eo, quod deficiat appropinquatio in tempore quietis: & sic totum erit quiescens per quietem illius motoris. &, cum inceperit totum moueri, erunt omnia mouentia, & mota extrinseca, reducta ad talem motorem. Secundum igitur hanc expositionem forte dimisit dissolutionem illius quæstionis vsque, post, cum aperte dicet hanc quęstionem. & secundum hanc expositionem est intelligendum, sed non E omnia, hoc quod intelligitur de particulari negatiua, & per hoc, quod dixit, sed cum fuerint talis dispositionis, quod intelligitur de particulari affirmatiua. Secunda autem expositio est, vt intelligatur ex hoc, quod dixit, sed non omnia, hoc, quod intelligitur de vniuersali negatiua. & quasi diceret quod nõ omnia possunt mouere, postquam nõ mouerint, absque eo, quod illic sit causa facta, quæ sit causa, si aliquid eorum, quæ innata sunt mouere, fuerit mouens in actu: & eorum, quæ sunt innata moueri, fuerit motum in actu. F & secundum hoc, sermo eius erit vniuersalis in omnibus virtutibus motiuis, scilicet rationalibus, & irrationalibus. & hoc manifestum est. Quoniam autem rationales non quiescunt quandoque, & mouentur quandoque, nisi propter renouationem trasmutationum factarum in eis ex extrinseco, aut in anima, aut in corpore, manifestum est quod prolixe loquimur de hoc † post. Quando enim animal mouetur, post quam non mouebatur, necesse est vt in eo sit aut appetitus, qui ante non

2 eiusdem expõ.

† cõ. 15.

G non erat, aut illa concupiſcẽtia, aut appetitus non fuerit, niſi per tranſmutationem precedentẽ ab aliquo ente extra animam. & hoc erit, qñ illud ens fecerit aliquam paſſionẽ ī corpore eius, ex qua fiet concupiſcẽtia, quæ nõ erat ante, aut appetitus. & ex comprehenſione illius entis, aut ex paſſione ſuæ comprehenſionis ab eo accidet ei imaginatio, & ſcientia, & appetitus, qui ante non erat, & concupiſcentia motus, quæ ante non erat. Si autem poſuerimus ipſum in omnibus ſuis diſpoſitionibus exiſtentibus in ipſo, & extinſe
H cis in diſpoſitione quietis idem cũ ipſo in diſpoſitione motus, tunc neceſſe eſt q̃ nõ ſit dignius mouere ī aliqua hora, quam quieſcere: & ſic aut non quieſcet, neq; mouebitur, aut quieſcet, & mouebitur inſimul. qd eſt impoſſe. qm̃, cũ proportio illius qd habet potentiam agẽdi duo contraria, fuerit eadem, non faciet alterum illorum. & ideo, cum fuit impoſſe ī talibus iſtis virtutibus eandem proportionem eſſe inter duas actiones contrarias, ideo impoſſibile fuit vt eſſent extra ambo. v. g. vt animal eſſet extra motum, & quie-
I tem. Et quod dicunt Loquẽtes noſtræ legis voluntatem dependere de actione entis noui in aliqua hora: ita q̃ illud ens fiat apud præſentiã illius horæ abſq; eo, vt fiat illic trãſmutatio, eſt ſermo non intelligibi-
ſa. l. fertur ad agẽdũ. lis. Voluntas. n. cum ſ fuerit ad inueniendum aliquod ens in aliqua hora, neceſſe eſt vt in volente fiat ī illa hora concupiſcentia in agente, quæ non erat ante: & illa eſt cauſa propinqua ad agendum in illa hora, & non ante. Et cauſa illius cõcupiſcentiæ eſt præſentia temporis, & præſentia temporis, quæ nõ erat an K te, eſt tranſmutatio neceſſario. aut ſequens tranſmutationem. Concupiſcentia igitur, facta per præſentiã téporis, eſt tranſmutatio extra trãſmutationem. ante igitur tranſmutationem, quæ eſt poſita prima, eſt alia tranſmutatio. & non poteſt homo ſanus fugere hanc fidem exiſtimatione præſente.

Si igitur nõ ſemper moueba tur, manifeſtum eſt q̃ non ſic ſe habebãt, vt poſſet hoc quidem mouere: illud autẽ moueri, ſed oportebat mutari alterum ipſo L rum. neceſſe. n. eſt ī ñs, quę ſunt ad aliquid, hoc accidere. vt, ſi non erat duplum, nunc duplũ eſt, mutari, ſi non vtrunq;, alterum. erit ergo quædã mutatio prior prima.

Si igitur nõ fuerint ſemper mota, manifeſtum eſt quod non erunt illius diſpoſitionis, in qua hoc poterat mouere, & hoc moueri, ſed alterum eorũ tranſmutatur. neceſſe eſt enim hoc ſequi in eis, quæ ſunt M *in capitulo ad aliquid. uerbi gratia quod, ſi hoc non fuerit duplum iſtius, & eſt modo neceſſe eſt tranſmutationem eſſe, & ſi non in utroque, in altero. quapropter neceſſe eſt ut primam tranſmutationem precedat tranſmutatio.*

Si igitur non fuerint entia præſen- 9
ta, quæ ſemper mouebantur, ſed in aliquo tpe fuerint quieſcentia, aut finito, aut infinito, manifeſtũ eſt q̃ in tempore illius quietis non erant

in

A in dispõne, in qua posse erat vt mo-
ri moueret, & motum moueret. &,
cum ita sit, & postea venerunt ad di
spõnem, i qua motor mouet actu,
& motum mouet in actu, manife-
stũ est ꝙ illud impedimentum iam
ablatum est ex quo necesse est ꝙ al
latum eorũ, aut vtriuꝙ, transmutet.
& hoc intendebat, cum dixit: sed trã
smutatur alterum. Et cum potuit ꝙ
necesse est in motore, & in moto, cũ
fuerint mutata ex dispõne, in qua
non fuit motus, ad dispõnem, i qua
est motus, ꝙ necesse est vt illi moto

B sit ac moto accidat transmutatio,
aut vtriuꝙ, aut per accis, aut essentia
li. incepit declarare hoc, & dixit: ne
cesse est. n. &c. t. & hoc necesse est,
quia motor, & motum sunt in ca-
pito ad aliquid. &, cum in aliquo tẽ
pore hoc non moueret, & hoc non
mouebit etetur. & post hoc mouerit, &
non est mouere manifestum est ꝙ in
ter illa fuit facta relatio, quę nõ fuit
ante. & omnis relatio sequit transmu
tationẽ: ergo necesse est vt ante trã s
mutationem positam sit aliqua trã
smutatio in motore, aut in moto,
aut in vtroꝙ, aut in extrinseco. v. g.

C ꝙ sit illic aliquod impedimentum,
quod aufertur post. & hoc intende-
bat, cum dixit: necesse est igitur vt
sit tran mutatio, &c. D. d. qua, ꝓpter
necesse est vt primam trãsmutatio-
nem præcedat transmutatio. Et hęc
demonstratio, quam induxit, est vlis in
oi motore, siue in virtute rationali,
siue in non rõnali. & hoc induxit
nos ad exponenda verba eius, sicut
prius expositum est. Et oportet nos p
scrutari in hoc loco quid intendit p
hunc sermonem. vtrum intendit ꝙ
motus i m genus semper fuit, aut in
tendit hoc, esse motum ꝑternũ vnũ
in specie. Est. n. in hoc aliqua diffi- D
cultas. qm̃, si intendit declarare, ꝙ
motus non deficit i m genus in ali-
qua hora, existimatur ꝙ impossibile est
ipsum continuari i m genus, secũdũ
quemcunq; modum fuerit positus.
Sed sunt positiones impossibiles, & pos
sibiles quędam. & hoc, quod est pos
sibile, est illud, quod necessario seq
tur ex istis propõnibus, quas posuit
hic. s. potentiam præcedere actum
i m tempus: & i m hoc est illud, qđ
intendit de hac intensione, diminu
tum. & ideo videmus Alfarabiũ in
suo libro de enubus transmutabili-
bus nitũ enumerare modos, in qui- E
bus posse est motum præcedere mo
tum alium: & hoc in motore, & in
moto, deinde declarasse quis possi-
bilis, & quis impossibilis, & ꝙ possibilis est necessa-
rius i m definitionem motus. Et
i m hoc erit opus Alfarabij quasi
complementum ad illud, quod de-
clarauit Arist. hic: licet Arist. fecerit
illud, quod fecit Alfarabius, in ij. li-
bro de Gnatione. in illo. n. libro de
clarauit qualiter est posse omne mo
tum ꝓcedere motum, & quõ est im
posse. & sic sermo eius in hoc libro ẽ F
diminutꝰ, & complebitur post. Aut ij. expõ.
dicamus ꝙ Arist. non intendit per & ẽ The.
hanc declarationem declarare ꝙ i-
posse est mundum esse in aliqua ho
ra extra vnum motum, sed declara-
re ꝙ mundus impossibile est vt sit extra
motũ i m genꝰ. & quõ inuenitur oẽ
motũ ꝓcedere motũ, est alia qõ. Et
i m hoc vi quasi intendere contra-
dicere sermoni dicẽtiũ motũ defice
re in aliqua hora, non probare mo- iij. expõ
tum esse ꝑternum. Et forte etiam in aliorum.
tẽdit p hũc sermonem ꝓbare mun
dum esse semp i m hãc dispõnem, i
quo est mõ. qm̃, cum posuerim' ꝙ

G iſta ordinatio eſt naturalis, & ꝙ im-
poſſe eſt mundū habere aliā ordina-
tionē ꝑter iſtā. ſ. ꝙ oēs motus redu-
cuntur ad corp⁹ cœleſte, & ꝙ propin-
quitas corpis ad qualdā res, & ſua
remotio a quibuſdā eſt cā, pp quā
quædam mouent q̄nq;, & quædam
quieſcūt q̄nq;, & pp quam omnem
motū ſequit motus, & eſt declaratū
ꝙ impoſſe eſt motū deficere in alī-
qua hora, ergo manifeſtū eſt ꝙ mū-
dus ſemper fuit, & erit in hac diſpō-
ne. q̄m, ſi deficeret, non deficeret ni-
ſi per quietem, nō p mutationē ad
H aliam formam. Et, cū impoſſe ſit ip-
ſum mutari ad aliā formā, aut ge-
ſcere, neceſſe eſt vt motus corporū,
q̄ ſunt æterni mot⁹, q̄ ſunt ſemp in
motu, ſint in hac diſpōne ſemp, in
prēterito, & in futuro. q̄m, ſi quieſce-
ret totum, nihil aliud eſſet cā quie-
tis eius, niſi quies eorū. quę admodū
cā mot⁹ eorū. q̄ mouent q̄nq;, & qe
ntis eorū, q̄ quieſcunt q̄nq;, nihil ali-
ud eſt, niſi motus eorum ſemper in
propinquitate, & diſtantia. Si igitur
poſſe eſſet corpora cœleſtia qeſcere,
neceſſe eſt vt eſſent pars alter⁹ mū-
di, & vt eſſent hic alia corpora, quæ
mouerent circulariter, q̄ eēnt cā qe
I us iſtorū q̄nq;, & mot⁹ iſtorū q̄nq;.
ſm hoc ergo poſſumus intelligere
hūc locū. Et qđ apparuit mihi poſt
Auer. longā ꝑſcrutationē eſt, ꝙ ex hoc, qđ
hic induxit, apparet motū vnū cōti-
nuū primum æternum eē, cū adiun
ctū fuerit hoc, quod declaratum eſt
hic. ſ. ꝙ nō eſt hic motus prim⁹ no-
tus, illi, quod declaratū eſt in Septi-
mo. ſ. ꝙ, ſi eſt neceſſe vt in motu in
loco ſit primū motū, & primus mo-
tor, ꝙ neceſſe eſt vt iſte primus mo-
tor, & iſtud primū motū ſemp fuerint in hac diſpōne. ſ. hoc mouere,
& hoc moueri. q̄m, ſi fuerit poſitum K
ipſm incipere mouere in aliqua ho-
ra, contingeret vt ipſm ꝑcederet mo-
tus prior motu illius, & motū prius
moto illius, & motoꝝ prioꝝ eo. &
ſic hoc, quod fuit poſitum, quod ip-
ſe fuit primus motor, nō fuit vērū.
Et, cum hic fuerit motor, qui ſemp
mouet, tunc erit hic motū. qđ ſemp
mouetur. ſ. ꝙ etiam eſt æternum. Et
ſi non, contingeret vt ante primum
motorem eſſet motor prior illo. Et ſi
poſuerim⁹ illā. qđ mouet ab eo, q̄na
ri, aut tranſmutari aliquo mō trāſ-
mutationis, niſi ſm motum ſ loco.
&, cum hic fuerit motū æternum, L
hic eſt motus æternus & maxime,
cum adiunctum fuerit his duabus
propōnibus hoc, quod apparet ſen-
ſui. ſ. ꝙ omnes mot⁹ reducuntur ad
motum localem, ꝙ iſte motus eſt
prior eis naturaſſ. Et bene ꝓt hoc
apparere generaliter. ſ. hic eſſe tranſ
mutationem cōtinuam neceſſario,
quoniam, cum neceſſe eſt hic eſſe tā
ſmutationem primam naturaliter,
& eſt impoſſe tranſmutationem pri
mam naturaliter eſſe I tempore no
uam, neceſſe eſt hic eſſe vnā tranſ
mutationem continuam: quæ eſt
cauſa in hoc, quod ante oēm tranſ- M
mutationem eſt tranſmutatio.

Ad hęc autem, prius, & poſte-
rius quoniam modo erunt, ſpe
non exiſtente, aut tempus, non
exiſtente motu: Si vero tempus
eſt ipſi⁹ mot⁹ numer⁹, aut mot⁹
quidam, ſi quidē tēpus ſemper
eſt, neceſſe eſt & motum perpe
tuum eſſe. At vero de ipſo qdē
tempore, præter vnū, cōcordes
eſſe videntur omnes. ingenitū
.n. eſſe dicūt, & propter hoc De

mo-

A Democritus monstrat ꝙ impossibile est omnia esse facta. temp⁹ .n.⁹ ingenitū esse. Plato vero ipsum gñat solus. simul.n. ipsum cum cœlo factum esse: cælū autem factum esse ait.

Deinde cū hoc, quomodo potest esse prius & posterius, si tempus non sit? & quomodo erit tempus si motus non sit? Si igitur tempus est numerus motus, aut alicuius motus, tunc tempus, si fuerit æternū, B *necesse est vt motus sit æternus. Sed videmus omnes, præter vnū, conuenire in hoc de tempore. dicūt enim ipsum esse non generatum. s. non nonum. & per hoc declarat Democritus impossibile omnia esse generata. dixit, quia tempus est non generatum. Plato vero generat ipsum. dicit enim ipsum generari: cum cælo: & quod cælū est generatum, & nouum.*

10 C Cum declarauit ꝙ ex definitiõe motus apparet ꝙ motus est æter⁹, dicit, ꝙ hoc idem etiam apparet in tempore. omne enim generatū, necesse est vt suum non esse præcedat ipsum. Et quomodo potest aliquis intelligere prius, & posterius, si tempus non sit? tempus enim facit pri⁹. & posterius in rebus, quæ non mouentur: in rebus autem, quæ mouẽtur, prius, & posterius existit per se. Et, cum posuit ꝙ prius, & posterius non erit, si tempus non fuerit: & ꝙ nouum non erit, si prius, & poster⁹ non fuerit: sequitur ex hoc ꝙ nouū non erit, si tempus non fuerit. Et, cū apparuit ei ꝙ nouum non erit, nisi D tempus sit, & tempus non potest esse, nisi mot⁹ sit per hoc, quod declaratum est ꝙ tempus est numer⁹ motus secundum prius, & posterius, incœpit declarare ꝙ necesse est, si tempus sit æternum, vt motus sit æter⁹ motus, scilicet cuius tempus est numerus, & dixit: Si igitur tempus est numerus motus. Et ista consecutio est manifesta ex definitione temporis declarata in Quarto istius libri. & potest declarari ex ipsa natura tẽ E poris. est enim notum per se, ꝙ tempus aut est motus, aut sequitur motum, & dixit, aut alicuius mot⁹, quia non curat in hoc loco, siue tempus sit motus, siue numerus alicui⁹ motus. Et, cum verificauit consecutionem in hoc syllogismo, incœpit inducere opiniones Antiquorũ, & dixit: Sed videmus omnes, præter vnũ &c. i. & sermo eius in hoc est intellectus per se. & apparet, quia Antiqui percipiebant tempus esse æternum, sed non percipiebant ipsum sequi motum. & ideo dixit Democritus, dando rationem, ꝙ impossibile est vt omnia essent generata, ex hoc, ꝙ tẽ F pus est vna rerum, & non est generatum. &, si Antiqui percepissent ꝙ tempus non esset extra motum, credidissent motum esse æternum. Platoni autem accidit contrariũ, quod accidit Antiquis. concessit enim tẽpus sequi motum cœli, sed non concessit ipsum esse æternũ, sed gñatũ.

Per se notũ é ꝙ ipsum é motũ, aut cõsequens motũ. Id 12. Met. c. 20. &. 4. ph. c. 96.

Idẽ 3. ph. cõm. 31.

Si igitur impossibile est & esse, & intelligere tempus sine ipso nunc: nunc autem est mediũ quoddam, & principiũ, & finẽ habens simul, principium quidem futuri tpis, finẽ vero præte

 rit

G rii: necesse est semper esse ẽpa. vltimum.n.finiti accepti q̃ is f aliquo ipsorum nunc erit. nihil .n.est accipere f tpe,præter nũc. Quare,quñ est & principiũ, & finis ipsum nunc, necesse est ipsius vtraq; ex parte semper esse tempus.at vero,si tempus, manifestum est q̃ necesse est & motum esse.siquidem tempus passio quædam motus est.

Et etiam, si possibile est vt sit tempus, aut vt intelligatur extra H *instans: & instans est medium,et est principium & finis,sed principium temporis futuri,& finis temporis præteriti: necesse est vt tempus sit æternum.quoniam si fuerit acceptum vltimum tempus, post quod non est tempus,necesse est vt sit in aliqua hora. impossibile est enim vt in tempore sit aliquid omnino,nisi instans. Si igitur instans est principium,& finis,necesse est vt etiam ex vtraq; parte sit tem-* I *pus. si igitur fuerit ex vtraq; parte tempus, manifestum est vt motus sit etiam.tempus.n.est aliquod accidentium motus.*

11 Cõ declarauit q̃ necesse est, si tẽ pus sit, vt sit motus, scilicet motus cuius numerus est,tempus,incepit declarare tempus esse æternum, & proposuit ad hoc duas propositiones.Quarum vna est q̃ instans nũquam inuenitur, nisi in tempore: Et q̃ impossibile est tempus esse extra instans.Et causa in hoc est,quia instans facit tempus.& ideo qui nõ percipit ad minus duo instantia,nõ K percipit tempus. Et ideo,cum positum fuit q̃ impossibile est tempus esse extra instans,& cum positum est in instans,positum est tempus.consequitur huic aliam propositionem, scilicet q̃ instans est principium futuri, & finis præteriti.& ista propositio est manifesta per se.instans enim est illud,quod accipit intellectus pro differentia inter præteritum & futurum, scilicet prius,& posterius in motu. Et,cum natura instantis est ista,manifestum est q̃ impossibile est imaginari instans,quod non est finis præteriti,& principium futuri. Et causa in hoc est, quia nihil inuenitur de L tempore in actu,nisi instans. & cum hoc impossibile est demonstrari,sicut demonstratur punctus,quando demonstratur,manifestatur. Et nullus potest imaginari instans principium futuri absq; eo, q̃ sit finis temporis præteriti, aut finem præteriti absq; eo,q̃ sit principium futuri. si extimetur tempus aliter quam lineam rectam,& immotam,in hoc est superfluum. Et, cum posuit instans esse principium,& finem,incepit declarare quomodo sequitur ex hoc, vt tempus sit æternum,& finis enim temporis vltimi, post q̃ M non est tempus,cum fuerit acceptus, necesse est vt sit in quibusdam instantibus,ideſt quoniam principii temporis,ante quod aduersarius dicit non esse tempus,necesse est vt sit in instanti:& similiter finis,postquam aduersarius fingit non esse tempus, necesse est vt sit etiam in instanti: & sic necessario ante tempus erit tẽpus,& post tempus tempus. Deinde dicit impossibile est enim,&c.ideſt & necesse est vt extremitas tempo-

ris

A nesse in instanti: quia impossibile est inuenire ex tempore aliquid in actu, nisi instans. Et verificatio quæstionis est, quoniam necesse est, si instans fuerit acceptum, aut demonstratur in actu, sicut demonstratur punctus, aut non demonstratur. Si demonstratur, destruitur natura temporis motus enim destruetur necessario, si fuerit impossibile ipsum demonstrari, nisi in motu, necesse est vt ante ipsum sit motus, & post ipsum sit motus. Et, si non, runc erit acceptum quiescens. & tũc erit qua si punctus, non instans. Et vniuersa

B liter omne, quod diuidit motum, necesse est vt ante ipsum. & post ipm sit motus. Et cum posuit, ꝙ extremitas temporis, quod ponitur generatum, aut corrumpi, necesse est vt sit in instanti, dixit: Si igitur instans, &c. idest, si igitur extremitas temporis, quod ponitur generatum, & non-esse, scilicet ꝙ ante ipsum non est tempus: & instans est principium tẽporis futuri, & finis præteriti: necesse est vt ex duobus terminatis ad ipm componatur tempus, & sic ante ipsum erit tps, & post ipsum tps. D. d. si igit fuerint. si igit ex istis duobus

C terminatis ad ipsum fuerint temp, manifestum est, &c. i. & cum declaratum sit ꝙ in duobus terminatis cuiuslibet instantis sit tempus: & tẽpus est consequens, & inseparabile a motu: manifestum est ꝙ in duabus partibus cuiuslibet instantis est motus: ergo motus est æternus necessario. Et forte scitur de hac demonstratione hoc, ꝙ motus æternꝰ est motus diurnus. declaratum est enim in Quarto ꝙ tempus non sequitur primo, & essentialiter, nisi hunc motum.

Eadem autem est ratio & de D eo, quod est incorruptibilem esse motum. Vt. n. in eo, quod est factum esse motum. accidit quãdam esse priorẽ mutationẽ prima, sic hic posteriorem vltima. non. n. simul definet moueri, & esse mobile, vt comburi, & esse cõbustibile. dõtingit. n. combustibile esse, quod non cõburitur nec motiuum, & mouens.

Et iste idem sermo dicitur in hoc quod motus non corrumpitur. Quoniam, sicut cõtingit dicẽtibus E *motũ generari, vt trãsmutatio aliqua præcedat primam transmutationem, ita cõtingit hoc, vt aliqua trãsmutatio sit post vltimam trãsmutationem. quoniã aliquid cessare a motu, & cessare ab hoc, quod innatum est moueri. non sunt insimul. v. g. vt comburatur, & vt sit innatũ cõburi. quoniã possibile est vt sit ĩnatũ cõburi absq; eo, quod cõburatur. neq; etiã aliquid cessare ab hoc, vt sit innatũ mouere, & cessare a mouere erunt insimul.* F

Idest, & per illud, per quod sunt declaratũ ꝙ primus motus est ęternus, & non generatus, declarabitur ipsum non corrũpi. Qm̃ sicut cõtingit ex positione eius, ꝙ primus motus sit nouus, vt non sit primus, sed ante ipsum sit transmutatio prior, sic contingit, si posuerimus ꝙ primus motꝰ corrumpitur, vt post corruptionem primi motus sit motus, manifestum est, si primꝰ motus corrũpit, ꝙ post ipsum nõ erit motus,

G quę damodũ non erat ante. ergo, si
posuerimus ipsum generari, erit an
te motus, &, si corrumpi, erit post.
D. incœpit declarare quo contingit
vt post corruptionem primi motus
sit alius motus, & dixit: qm̃ cessare
aliquid, &c. i. qm̃, si primus motus,
quieuerit quiete, in qua impossę erit
vt illud, qd mouebat, moueat post.
necesse est vt post quietẽ moti hat i
eo aliqua dispõ, quæ faciat ipsum
nõ moueri post. & ista dispositio ne
cessario est motus, aut aliqd sequés
motum. & sic post primum motum
H erit motus. quod est impossibile. Et
si sit, si cessauerit primꝰ motor a mo
uere, cõtinget vt ante ipsum sit aliꝰ
motor, qui dedit ei dispõnem, p quã
fuit impossibile vt moueret, postq̃
erat possibile.

Et ipsum autem corruptibile
oportebit corruptum esse, cum
corrũpitur. & huiꝰ corruptiuũ
rursus posteriꝰ. corruptio. n. mu
tatio quædam est. Si igitur hæc
impossibilia sunt, manifestũ est
I q̃ est perpetuus motus, & non
aliquando quidem est, aliquan
do autem non. etenim ste dicere
figmento magis assimulatur.

*Et etiam necesse est vt corrum
pens corrũpatur: quado corrũpet,
& quod illud, quod corrũpit illud,
corrũpatur ẽt, postquam corrũpit
illud. corruptio. n. est aliqua trans
mutatio. Et, cum hoc fuerit impos
sibile, manifestũ est quod motus ẽ
æternus, & quod nõ est quandoq;
& quãdoq; nõ. & quod sermo dice
tis hoc magis assimulatur stulto.*

Cum declarauit q̃ primus, aut K
primi motus necesse est vt semper
fuerint pp hoc, q̃ illud, quod moue
tur illo motu, aut illa, quæ mouent
illis motibus, si motus eorũ fuerint
noui absq; eo, q̃ precederet eos mo
tus, necesse est alterum duorũ, aut
illud, quod mouet illo motu sit gna
tum, aut æternum. & manifestũ est
q̃, si fuerit gnatum, necesse est vt an
te primum motum sit alius motus,
& ante illũ alius: & cũ primus non
erit, non erit vltimus. &, si illud, qd
mouetur primo motu, fuerit æter
nũ, & postea generatur suus motus,
postq̃ non fuit, necesse est vt ãñ pri- L
mum motum sit motus, & ante pri
mum motorem sit motor: quod est
impossę. Et, cum declarauit hoc,
vult declarare per istã viam, q̃ im
possę est vt motus vltimus sit ita, q̃
post illum non moueatur aliquid, p
illam eandem viam, per quã declara
uit vt primus motus sit prior ẽm
ptis cæteris motibus. Illud. n. qd mo
uetur hoc motu vltimo, necesse est
vt sit, aut æternum, aut corruptibile.
Si corruptibile habebit corrumpẽs,
& reuertetur q̃ de illo corrũpente,
vtrum sit æternum, aut habet cor
rumpens. si igitur est corruptibile, M
erit necesse vt hic procedat in infini
tum. quod est impossę. ergo necesse
est vt illud, quod mouetur vltimo
motu, sit æternum. Si igitur fuerit
æternum, & motor illius sit æternꝰ,
reuertet questio in eo, qua de causa
motor æternus, & motum æternũ
semper fuerint in hac dispositione,
scilicet hoc mouere, & hoc moueri, & po
stea cessauerunt a motu, postq̃ fue
rũt in motu tpe infinito. Ergo illic
est necessarium vt ante primũ mo
tũ, & primã rẽ motã, & primũ moto

rẽ

A Item sit motus prior, & motor prior, & motū prius, quod est impossē. Sed tacuit hoc conclusiōnē vltimum de duobus cōcludentibus, super quæ fundauit hanc demōstrationem, cum iam induxerat ipsum in generatiōe motus. Et, cum compleuit hic in positione eius, ꝙ illud, quod mouet hoc motu vltimo, est corruptibile, est illud, quod abbreuiabit in positione eius, ꝙ illud, quod mouetur primo motu est gñātū. s. ꝙ ante generans est generans, & procedit sic in infinitū. Et ideo cōpleuit hūc sermonem, dicendo: Et, cum hoc
B facit impossibile, manifestum est, &c. Dd. Et etiam necesse est vt corrumpens, &c. & si aliquis posuerit ꝙ illud, quod mouetur vltimo motu, est corruptibile, & illud, quod mouetur vltimo motu, est corruptibile ab alio corrumpente, & illud ab alio, procedit sic in infinitū. qđ est impossē. Ergo necesse est vt illud, quod mouetur vltimo motu, sit æternū. &, cum sit motum æternū, & motor æternus, necesse est vt motus illius sit incorruptibilis, sicut sunt ingenerabilis. & si non, qua de causa cessabit a motu illud, quod semper fuit
C motus & ista expositio est vera.

Similiter autem & dicere ꝙ aptū natura sic est, & hoc oportere putare principiū esse. qđ quidem videtur Empedocles dixisse, ꝙ vincere, & mouere in parte amicitiam, & litem ineſt rebꝰ ipsis ex necessitate, quiescere vero in medio tempore. Empedo.

Et sermo dicentium hoc, magis assimilatur figmento. & similiter eius, qui dixit quod sic debet esse

re natura rerum, & qui existimauit quod principium est illud, de quo diximus ipsum esse, secundum quod fecit similitudinem Empedocles de dominio amicitiæ, & litis, huius quidē, & huius quidē, quæ mouēt res necessario, et quies existit interim in tempore. D

Idest, & sermo dicentium ꝙ motus nō fuit ante, & postea fuit, est similis sermōibus fictis. & sīlr sermo dicentiū ꝙ quies, & trāsmutatio succedunt sibi in oībus entibus: & ꝙ natura totius entis mou facit hoc, E non quia est aliquid, quod sit causa illius, est. s. sermo fingentiū. Et sīlr sermo dicentium sermonem similem sermoni Empedoclis, ꝙ principiū, sm ꝙ ē necessariū ad esse, aut primi pia cōtraria facīūt alterū contrariorū in aliqua hora, & nō facit alterū absq; eo, ꝙ illic nō sit cā cogēs ipm ad hoc, quia principiū nō hēt cām, est sermo sīlis ēt figmēto. Ex isto sermone ēt puenit, vt motus sit sine motore. Et cū dixit & qui existimauit ꝙ principiū, &c. & intendit Naturales existimātes ꝙ primum principiū gñans entia pōse est in eo, sm F ꝙ est principium simile. s. sermoni Empe. qui posuit principiū entium amicitiam, & litē, secundum similitudinem amicitiæ, & litis existentium in hominibus, scilicet quemadmodum amicitia congregat homines, lis aūt segregat, ita in entibꝰ sunt etiam duo sīlia istis. s. amicitia naturalis, & odiū naturale, ita, ꝙ qñ que mouet alterum, & qñq; reliquū ad contrariū eius, ad quod primum mouebat. Et quies est in tēpore, qđ est inter has duas actiōes cōtrarias,

G abſq; eo,q illic ſit cauſa cogés ami
citiã agere in vna hora,& litẽ agere
in alia: cũ ſint principia neceſſariæ
actionis,& eẽtiæ neceſſariæ. Et ille
ſermo eſt ẽt ſimilis figmento. ſequi
tur.n.ex eo vt mot⁹ ſit ſine motore.

Fortaſſis autem & vnum pri
cipium faciẽtes, vt & Anaxago
ras, ſic vtiq; dixerint. At vero
nihil inordinatum eſt eorũ,quę
natura, & ſm naturã fiũt. a na
tura.n.cauſa ordinis eſt oibus:
infinitum autem ad infinitum
nullam rationẽ habet: ordo aũt
H omnis ratio eſt. Infinito aũt ẽe
quieſcere, poſtea motũ eſſe ali
qñ,huius autem nullam eſſe dif
ferentiam quare nunc potius q̃
prius,neq; rurſus aliquẽ ordinẽ
hẽre non amplius naturæ ẽ op⁹,
aut.n.ſimpliciter ſe habeẽ opor
tet id, quod natura eſt, & nõ ali
qñ quidem ſic,aliqñ vero aliter:
(vt ignis ſurſum natura fertur,
K primus motor, de quo declaratum est ipsum non moueri, non habet corpus, ideſt non habet formam in materia. Et d. manifestum est ꝙ primus motor, qui nunquam mouetur, non potest habere magnitudinem. n. &, cum iam ostendimus ꝙ omnis corporis finiti actio est finita, & similiter omnis virtus i corpore, & ꝙ primi motoris actio est infinita, manifestum est ꝙ primus motor non habet magnitudinem omnino. Post dixit: Nam si haberet magnitudinem, &c. n. nā, si hoc

L non est verum, contradictoriū eius erit verum, ſ. ꝙ habet magnitudinē. & posuit hoc, quasi antecedens, & d. &, si habet magnitudinem, necesse est ꝙ sit finita, aut infinita. D. destruxit vtranq; partē consequentis, vt consequēte destructo destruat antecedens, & d. Et iam declaratum in sermone, &c. in Tertio tractatu huius libri. illic. n. declarauit qm̄ omne corpus est finitum. D. d. Et nunc declarauimus, &c. n. &, si est corpus finitum, cōstat ꝙ virtus eius est finita: in corpore. n. finito non potest eē virtus infinita. Post dixit:

M sed prim⁹ motor mouet motu ętherno, tempore infinito. ideſt ergo virtus eius est infinita. &, cum sit manifestum, quoniam omnis corporis virtus est finita, & ꝙ primi motoris virtus est infinita, concluditur in secunda figura primum motorem non esse corpus, nec virtutem in corpore.

Librorum Octo de Physico auditu finis.

AVERROIS CORDVBENSIS

EXPOSITIONIS MEDIAE SVPER LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS

LIBER PRIMVS,

Iacob Mantino Hebræo, medico, interprete.

PRincipale huius libri propositum est, inuestigare causam materialem primã, cõmunem omnibus rebus naturalibus: & tres amplectit partes, seu summas. Primã cõtinet ea, q̃, vt libri exordium, se hñt. Secunda Antiquorum opiniões de hmõi principio, earum q̃ demq̃ destructionem. Tertia propriam de huiusce principio opinionem.

Prima Summa tria amplectitur capita.

In Primo agit de huius scię cõsyderatõe.
In Secundo de generibus demonstrationum, quæ in ea fiunt.
In Tertio verò de modo doctrinę, qua præcedere debemus in hac scientia.

De proposito huius scientiæ. Cap. 1.

DIcamus igitur q̃, cũ hæc ars, & de rebus speculat mobilibus, sit cõtẽplatiua: & propositũ artis cõtẽplatiuę est scire causas rei, de qua consyderatur in illa arte: videmur .n. vnũq̃q, exacte scire, cũ causas, & prima principia illius rei cognoscimus, & tandẽ eius elemẽta, & simplicia, ex quibus cõstat: hoc aũt ita se habet in oĩbus rebus, q̃ quatuor obtinẽt causas: &, cũ hęc ars sit vna ex speculatiuis: eius igitur propositũ, seu intentũ est quatuor rerũ naturaliũ causas pertingere, hoc est, Materiam, Formã, Efficiẽs, & Finẽ, tum remotas, tũ propinquas, tũ etiã proprias, tum cões. & ppea huius libri propositũ est reddere causas primas, cões oĩbus rebus naturalibus, & communia consequentia. & hoc, prout vires huius scię se extẽdũt, hoc est, primã materiã, & cãm vltimã mouentẽ. nã ad cognitionẽ primæ formę, & primi finis, non dantur in hac scia propões, quæ in eo ducant, vt post hoc ostendetur immo de his duobus ad scientiam Diuinam attinet tractare.

De demonstrationum generibus, quæ fiunt in hac scia. Cap. 2.

GEnera demõnũ, quibus nam ciscimur causas, q̃ in hac scia quęruntur, sunt demõnes, quia, seu signa nominatę. Nã via, q̃ ad hæc habeti solet, est a rebus notioribus nobis, q̃ quidẽ sunt posteriores ad priores, q̃ sunt apud nãm notiores: res aũt posteriores sunt sensibilia composita, vt hæc terra particularis, & hoc aal indiuiduũ, seu singulare:

G priores vero sunt ipsæ causæ, & elementa, ex quibus sensata constant. eá autē, ob quā maior pars demonstrationum ducēnum in notitiam causarum, quę in hac exspectantur scīa, sunt de genere signorum est, quia quæ cognita sunt in hac scīa, non sunt priora . quē admodū fit in Mathematicis scientijs. & propterea in Mathematicis via scīæ oppolita est huic: ibi.n.a prion ad posteriora, hic vero a posteriori ad pri°. ibi igitur cognita apud nos sunt simplicia et cognita, & apud naturā : hic qd & ipsę demonstrationes, quę ibi fiunt, sunt

H absolutę, seu simplices. sed quę hic, non sunt simplīt cognita, & apud naturam: iccirco maior pars demō strationum, quæ hic fiunt, sunt à signo, seu demonstrationes quia.

De modo docendi in hac scīa. Cap. 3.

4 5 MOdus vero doctrinę, q in hac scīa fit, est primo contemplari, q̄ cōia sunt cunctis rebus naturalibus, et causas, q̄ cōsequēta: ex his mox ad partialia, pficisci, vt rō huius libri se habet ad alios, sibi posse notes, qui positi sunt in hac scīa: q̄

I quidem res ita se habet, propterea quia cōmunia sunt propriis notiora nobis, vt composita simplicibus. eadē igitur ea, ob quam ad horum cognitionē procedimus à compositis ad simplicia, pficiscimur i ordine doctrinę à cōmuni ad proprīū, hoc est velle inter agere à notioribus nobis ad ignotius. Ipsa aūt communitas, seu vniuersitas in hoc negocio se habet ad partialitatē, velut composita ad simplicia. Hinc est qd totum notius est sensu eius partibus: quēadmodū nomina sunt apud intellectum notiora definitionibus.

Indicīū vero, ostendens scīam, seu K notitiā cōrum esse propriū, apud inspriorē, est qd puer statum, cū in eo vire° dignoscitur ortus, puta: mulierē, quēcunq. viderit, esse eius matrē, & vitū quēlibet, patrem. Itaq; adhuc alia causa, ob quā in ordine doctrinę procedit a cōi ad proprium, quia videlicet ea doctrina nō cōpetit repetere declarationem eius rei. nā, si ad demōnes hac nō prius derem° doctrina, cogeremur fortū probare res cōes inesse cūctis rebus, quibus sunt cōes: vt probare oportet obtinere materiā primam, & hominē, atq; inanimati, & sūpē. Adde L ēt qd propōnes eiusmodi demonstrandi generis non essent propriæ, neq. primæ: vt medicis, euenire solet, cūm demōstratur quatuor elementa inesse homini probare tentant, Hæc igitur sunt, quæ in præfatione huius libri continentur.

Summula Secundæ Primo in duas secatur partes.

In prima parte adducūtur opiniones eorū, qui de principijs rerū sensibilīū afferūt, habeturq. sermo cum his, qui hac in re errorem non proprium commiserunt

In Secunda fit verbum cum illis, qui circa principia proprium, atq. propriū naturam commiserunt errorem. M

Prima pars diuiditur in quatuor capita.

In primo capite continentur opiniones, quæ de hoc principio afferri possunt, & earum authores.

In Secundo earum genera varia, & quę ad Physico destruī, vel non destrui deberant quod, si cum eo genere formonem faciet, quod non spectat ad Physicum eis contradicere, loquetur quidem vt Philosophus, non vt Physicus, huiusq. rei rationem reddet.

In Tertio destruet opiniones illorum, qui non sunt naturaliter locuti, præter destructionem syllogismorum eorum.

In Quarto destruet ipsorum syllogismos.

Caput

A

Caput Primum.

6 Dicamus aũt. Principium vel vnum, vel plura opꝫ esse. &, si vnum, vel mobile, vt nonnulli Physici Aerem, alii vero Aquam esse principium autumant: vel immobile, vt Parmenides, & Melissus censere videntur: vel finitum in magnitudine, aut infinitum. Et, si plura, vel mobilia quoq; , vel immobilia, licet nemo ita censeat, vel finita, vel infinita, vt opinati sunt Anaxagoras, & Democritus. & hoc, vel quia per se, & rm formã sint vnũ, sed infinita ſ
B multitudine, & numero, vt sunt partes indiuisibiles, quæ atomi vocan-
7 tur, ſm opinionẽ Democriti: putabat. n. ipse res naturales conflare ex rebus indiuisibilibus infinitis, differẽtibus nũ numero, & figura: vel vt sint infinita, eo qđ sunt partes similares, vt Anaxagoras opinatus ſt: credit nãq; ipse ex qualibet similari particula, vt osse, & carne, prouenire infinitas partes similares, q̃ q̃dẽ differãt in qualitatib⁹ cõtrarijs.

Caput Secundum.

8 QVi igitur asserit principiũ esse vnum, & immobile, errat, ꝑse
C sto in hac arte, errore ſproprio, cũ tollat motum: huius autem sciæ professor contemplatur de entibus naturalibus, prout sunt mobilia: itcirco: qui hãc profitetur sciam, nequit sermonẽ proprium secum habere, posteq̃ primas propositiões naturales ei negauerit. Itidem neque cum eo, qui pluralitatem, & motũ negat, & dicit ens esse vnum, & immobile, & non intelligit per nomẽ entis, id, quod uomen principij denotat. Et hoc quidem est, quod primo conijci potest ex Parmenide, & Melisso. nã licet ex verbis Antiquo D
tũ habeti possit eos vti nomine entis, vice nominis principij, idéq; indicare, nõ tñ decet nos censere ita eos intelligere, præsertim cum dicant ens esse vnum, & immobile, ita, vt intelligant principium, cum ipsum principium exposcat aliquid, cuius est principium adeo, vt adsit ibi pluralitas de necessitate, videlicet principium ipsum, & id, cuius est principium: & ideo non decet sciam Naturalem profitentẽ, facere sermonẽ cum his duobus viris, cum ipsi negent pluralitatem rerũ, quarũ causa est ipsa compositio, quę resultat E
ex pluralitate principiorum, eorũq; varietate, cum negent principia ipsa, neganteq, naturam, cũ motũ negent. Hæc autem sunt veluti radices, & prepositiones, quæ supponit tanq̃ per se nota, atq; cognita huius sciæ professor. Quilibet aũt artifex põt deceptionibus contra ipsum inductis contradicere, si eę intra principia sint, qñ obiectiones ꝑ hus vtetur ad fallacias: illas amouendas, ex principijs quidẽ in ea arte cõcessis eas componet, siue ſ ea arte fuerint per se notæ, siue ab alia receptę fuerint. Si vero delictũ, vel deceptiones F
in ipsismet existant principijs, nequaq̃ potest habere principia ad ea, quatenus est illius artis professor, quibus demoliatur illas deceptiones. Si igitur non fuerint de se notæ, ad eã tunc attinet sciam, in qua demõstratiue probantẽ. At, si fuerint de se manifestæ, tunc ad artem ſpectat vſem hſe sermonẽ contra eũ, qui in eis delinquit: hoc autem vel artis Dialecticæ vel prim ę Philoso-
phiæ est officium. Exemplũ autem II
tum propriæ, tum impropriæ de-

G ceptionis est, veluti conuenit illis duobus Antiquis in quadratura circuli: nam alter putabat se circulū quadrasse, eū lunarem quadrauerit figurā: alter vero, cum fecisset in circulo figuram triangularem æquilateram, & super quamlibet eius costā formaret triangulū æquicrurū cēsebat, si ita semper egisset, coniungere costas vltimi trianguli super circuli circunferētiā. Ad Geometram nanq; spectat primum refellere errorem, respondereq; ei, probando circulum non diuidi, vsque quo desinat in figuras lunares, im-
H possibileq. fit, ipsas figuras lunares circulum mensurare. Secundo vero delicto nequit Geometra contradicere. qm̄ ille, q eo vsus est, vnū ex Geometrę fundamētis profecto negat, quod est, omne quantū posse in infinitum diuidi. Hęc ergo est potissima causa, ob quam tenetur qui hanc defendit sciam, non habere sermonē cum his duobus, ſ. Parmenide, & Melisso. Sed huius sciæ profectior cogitur supponere quod datur pluralitas in rebus sensibilibus, varięq; principia, ex quibus oriI tur huiuscemodi pluralitas, & natura quoq;, q̄ quidem est principium
10 motus harū rerum sensibilium. Secunda autem causa est, quia huiusmodi opinio est falsa in arte Dialectię. & sensui aduersatur, veluti q dicit contraria eadem esse simul. In syllogismis quoq; quos hi duo viri ad hāc sniam afferūt, per spicuum quippe est peccatum, vt ex eorū rationibus manifeste haberi potest: & si Melissi ratio sit satis pessima, cum & in figura, & propositionibus delinquat. propter hęc igitur non tenetur pro sectore huius scię loqui cum his duobus viris. At, licet non teneatur secū K alloqui, nihilominus verbum cum iis eis facere Dialecticū, vt inquit Aristo. habet aliquid Philosophiæ.

Caput Tertium.

IN hoc capite incipit arguere cōtra conclusionē, quam inferunt, quę est, Ens est vnum: cōtra quos dupliciter inuehit. Primo ratione nominis subiecti, diuidendo. ſ. nomen ipsius entis in omnia ea, de quibus dicitur in Dialectica arte, & probabit ens nō esse vnū, aliquo illorum modorum, quibus dicitur nomen entis in ea arte, ſ. Dialectica. Secundo ratione prdicati: & hoc eūa diuL dendo ipsum vnum ī eas res ī mosas, de quibus dicitur in arte Dialectica, & pmbat neutro illorum modorum ens esse vnum.

Primum Argumentum.

Nos interrogamus eos vtrū hoc 13
nomen ens significet primo apud
eos vnam rem, vel plures. Et, si dix- 14
cant plures, vt nos quoq; dicimus significare decē prædicamenta, tunc concedunt pluralitatem. Et, si vnā, tunc iterum quæremus vtrum illa res sit vna genere, vel specie, aut indiuiduo. Si igitur dicant vnam genere, vel specie, concedent quidem ens esse plura, qm̄ genus in species diuiditur, & ipsa species in individua. At, si dicant esse vnā numero, tunc quæremus ab eis vtrum individuo subsistāte, vel accidentis. &, si accidentis, tunc dicemus accidēs nō posse esse sine subiecto. ens igit̄ erit duplex, ſ. accidens. & subiectum. &, si substantię, tunc id esse impossibile asseremus, cum oporteat ipsum vel finitum, vel infinitum, quę sunt quantitatis affectus denominare.

ent

A erit igitur duplex ēt, videlicet substā
tia, & quantitas. deinceps interroga
bimus eos vtrū ipsum ens, qđ é vnū
indiuiduo, habeat definitioné, vel
ne: &, si definitioné habere negent,
negabunt ergo ipsum habere natu
ram. si vero definitioné habere af-
firmant, ergo habebit o no partes de
finitionis, quę cum definito existāt.
vt gra exempli homo sit ens vnum
oportebit inquā ineſſe ei partes de-
finitionis, hoc est animal, & ratio-
nale, q̄ sunt ei⁹ definitio. neq; potest
quis censere hæc esse accidentia in
homine, videlicet animalitas, & ra-
B tionalitas: qm̄ oporteret & ipsum
compositum ex ipſis esse accidens.
Hac igit rōne entia sunt plura: licet
nō distinguant ab ente, qđ est vnū.

Secundum Argumentum.

16 Identidē eos interrogabimus de
hoc noie, Vnum numero, quid. s. de
rebus famosis. de qbus ipsum vnū
df, per ipsum significare velint. nā
hoc nomen, Vnum, de tribus dicit
quidem, Primo de continuo, vt cū
dicimus lineam aliquam esse vnā,
Secundo de indiuisibili, vt cum di-
cimus punctum esse vnū, & finem
vnū, Tertio de re, quæ habet duo
C nomina synonyma, vt cū dicimus
17 veſtem, & indumentū esse vnum. Si
igitur dicant significare continuū,
tunc dicemus eis corpora continua
esse duplicia, similia, i. vt caro, & os,
& dissimilaria, vt manꝰ, & pes. Si au
tē de similaribus intelligere velint,
tūc dicemus ipsum similiare corpus
quāuis sit vnū, esse tamē plura fm
diuisionē: & sic sequet idē eē vnū, &
plura sil, neq; dicere pñt ipsum esse
vnū actu, plura tñ potentia, vt nos
dicimus: qm̄ ipsi nō intelligūt vnū,
vel plura dici multifariam, ita, qđ
aliquid sit partim vnum, partim D
plura. &, si acceptum fuerit hoc ab
eis, quidnā dicent de continuo dis-
similarium partium, vt homo, &
equus? manus. n. hominis non est
homo, neq; caput est manus. Et, si
velint partem ⁹ non esse præter to- ⁹ al. nihil
tum, & moueant illud pulcrum du- aliud ee q̄
bium, quod solet dubitari, videlicet totū.
ꝙ, si quælibet pars set esset aliud à
toto, esset & ipsum totum aliud ⁹ a ⁹ al. pter
seipso, cū omnes partes sint ipsum se.
totum. Cuius solutio nō est admo-
dum ardua. si enim vnaquęq; pars
seorsum sit ⁹ aliud a toto, non pro- ⁹ al. pter
pterea sequitur vt omnes sint aliud totum.
a toto. quoniam id, quod est verū E
diuisim non est verum in composi
to, vt in libro Elenchorum, & Inter 18
pretationis ostensum est. Sed, si in-
diuisibile intelligere velint, tunc ip
sum ens neque quantitas erit, neq;
qualitas, vel substātia, aut aliquod
aliud prædicamentum, neque dabi
tur aliquod finitum, vt ponit Par-
menides, neque infinitum, vt Me-
lissus. nam finis aliud est quam res,
cuius est finis: & sic res erunt pun- 19
ctum, vel aliquod indiuisibile. At,
si rem, quæ, cum sit eadem, duo no
mina synonyma habet, intelligere F
velint per hoc nomen vnum, seque
retur quòd contrariorum nomina,
vt album, & nigrum, calidum & fri
gidum idem significarent: sic enim
omnia erunt synonyma: hocq; no
men animal, & strps, atque ina-
nimatum idem indicabunt: nom
na quoque oppositorum. Et, si nō
bis dicant hoc idem, quod nos in
ferimus de ente, sequetur etiam de
vno, & eodem indiuiduo: nam plu
ra ascribetis ei, cum sit tamen vnū.
asserimus igitur vnum esse plura.

G Hoc autem respondemus q, cum
20 Antiqui intellexerint hoc nomen vnum, & ens idem semper significare, ideo fuerunt perplexi circa hoc dubium, hoc est quo pacto eadem res pluribus cognominet denominationibus, ita vt exempli gratia dicant Socratem esse in se vnũ, & longum, & albũ, atq; scripsorẽ. Ad qd nonnulli eorum rndebant q, cũ de eadem re prædicetur aliqd horũ prædicatorum, oportet demere hoc verbum est, & hac conditione propõ nebant enuntiatum, dubiumq; adhuc restat in suo robore. Sed Pla
H tonis rndebat ad id, debere iterare, seu gemmatare eã dubitatiõẽ, quę prædicatum significat, & nõ dicatur homo est albus, vt dr hõ ens est, sed homo est dealbatus. Et hoc totum est quę dã fuga: quia hoc nomẽ vnum, & ens, plura significant, cũ ipsi tamen
21 putent vnũ, & idẽ significare. Dicimus autem nos Socratẽ esse vnum subiecto, plura ratione, & denominatione, seu attributo: hocq; nomen Vnum, & plura de pluribus, variisq; dici, vt de potentia, & actu. est n. aliquid actu vnum, potentia vero plura, & econuerso. fuerũt autem coacti Antiqui dicere ens esse vnum actu, propterea quia negabãt vnum esse plura: cum ipsi per vnũ, & plura, duo intelligãt opposita tãtum. erat nanq; fallum apud eos dicere rem esse vnam, & plures, cum ex hoc non perciperẽt res diuersas.

I tem coacti Antiqui dicere ens esse vnum actu, propterea quia negabãt vnum esse plura: cum ipsi per vnũ, & plura, duo intelligãt opposita tãtum. erat nanq; fallum apud eos dicere rem esse vnam, & plures, cum ex hoc non perciperẽt res diuersas. ens est genitum, ergo habet principium. nox destruit antecedens, sed non est genitum, ergo non habet principium. deinceps sequitur ex hoc ipsum esse infinitum, atq; vnũ, & immobile, cum nõ habeat locũ in quo moueatur. Hmõi autẽ syllogismi tum figura, tum præmissæ delictum obtinent. peccat. n. in figura ipsa, cum sit hypotheticus coniunctiuus, in quo reassumitur oppositi antecedentis, & infertur consequentis oppositum: cuius corruptela in lib. Priorum tam declarata est. Ratione quoq; præmissarum eius prauitas neminem latet, cum nomine principij vtatur tanq; vniuoco, cum tamen trifariam affirmatur. Primo quidem mõ, ceu principium in tẽpore, Secundo, vt principiũ in magnitudine, vt est linea principium, Tertio vero smõ. Si igitur temporis principium intelligat, tunc vere cõsequens ex eius præmissis pendit, syllogismus q. concludit. nã tempore principium est ipsi genito proprium: iccirco, cum reassumit oppositum antecedentis oppositũ infert consequẽtis. at id, qd proposuerat, non concludit, videlicet ens esse magnitudine infinitum, sed tpe. Merito esse infinitum infert: hoc autẽ non erat eius intentũ. Si vero principium magnitudine intelligat, vt eius conclusio indicare videtur, tũc
* eius propositiones falsę coniũctionis etunt, falsęq; in reassumendo. sunt n. falsę coniunctionis: qm nõ oẽ generabile habet principium in magnitudine. hoc tn bene est verũ de generabili in tempore: sed quod fm oẽs eius partes in instanti generat, nec prius, nec posteri magnitudine obtinet: iccirco neq; vlla hẽt

*al. ens est genitum & finitum &

Caput Quartum.

23 IN syllis autem eorum, quos ad hmõi conclusionẽ inferendã attulerunt, perspicuum est delictum, & falsitas. Meliss. n. is est syllus. si

parte,

A partem, a qua motus ſcipiat. Eſt autem falſum quoq; ipſum reaſſumptum: qm̃ non eſt verum id, quod non gñatur. non habere principiũ in magnitudine. cum cœli ſm Peripatheticorum ſententiam ſunt proſe ctolingeniti, habent tñ principium magnitudine. at, ſi per principium cãm velit, propoſitiones erunt ſane veræ, nõ tñ id, quod decreuerat, in-
24 ferꝛ. Admiratione autẽ affectꝰ ſum, cur non conſyderauit qs, ſi ens eſſet vnum, & infinitũ nõ poſſet adhuc moueri ſm partes, & ſi non ſm eiꝰ totũ, vel moueri, quia alteretur. Ne-
B que poteſt dicere ens eſſe vnum forma, ac definitione, qm̃ rerũ formæ variæ ſunt: niſi ſorte capiat hoc nomẽ ens vice nominis principij, vt naturales captiunt. diceret autem tunc id, quod nonnulli Phyſicorũ dicũt. ſcil, cum non ſit id ꝓpoſitũ eius, erit igitur eius concluſio falſa, & inter vilillimos deceptorum ſyllogiſmos is locati debet, qui corruptus generẽ nũcupat. eſt autem materia, ac
25 forma cõrruptus. Parmenidis vero ſyllogiſmus is eſt. Quicquid eſt citra ens, eſt non ens: & quod non eſt ens, nihil eſt: ens igitur eſt vnũ. Hu-
C ius quoq; ſyllogiſmi propoſitiones ſunt falſæ, neq; quam propoſuerat cõcluſionem concludit, qũuis eius figura ſit vera. Sunt aũt eius ꝓpoſitæ falſæ, qm̃ vſus eſt nomine entis, ac ſi vnam ſignificet tñ rẽ, cum tñ de variis dicatur rebus. eſt. n. eiꝰ ſenſus, ac ſi quis dicat quicquid eſt præter canem eſt non canis. hoc autem eſt falſum: quia quod eſt pręter canem maritimum, eſt canis latrabilis. Si vero per illud nomen ens ſubſtãtiã intelligat, idem eſt, ac ſi dicat, quicquid eſt præter ſubſtantiam, nõ eſt ſubſtantia. & id ꝓfecto verum eſt. D
ſed quod eſt præter ſubſtantiam, nõ eſt priuatum, immo eſt quãtitas, vꝰ qualitas. idetidem, ſi aliquod aliud velit ꝓdicamẽtum, nõ propterea ſequetur q̃ quicquid eſt pter illd præ dicamentum ſit nihil. Ipſum quoq; non concludere quod ꝓpoſuerat ſatis ꝓſpicuum erit, ſi pro eius ꝓpõnibus alias ſingam⁹, & pro ente albũ capiamus, ſyllogiſmuſq; ex duabus ꝓmiſſis ita cõſtruatur. Quicquid é ꝑter album non eſt ens: & quicquid eſt nõ ens nihil eſt: ergo in prima figura infertꝰ per dici de oĩ q̃ quicqd
E eſt ꝑter albũ nihil eſt. non q̃ album ſit vnũ, quemadmodum ipſe cõcluſit. Aſpexit aũt Ari. huius viri ſyllogiſmum, quia eius minor propoſitio, qua vſus eſt, nõ eſt negatiua, ſed indefinita. nam, ſi minor fuiſſet negatiua, nequaq; concluderet in prima figura. Atqui, & ſi ſyllogiſmꝰ ſit verus in figura, quæſitum tñ minime concludit. Ad hæc, quanq̃ hanc concedamus cõcluſionem, quidnã prohibet album eſſe plura, vt cignꝰ & nix, reliquaq;? Si tandem ex his 26
propoſitionibus ponamus cõcluſionem, q̃ ens eſt vnum, idem profecto inconueniens ſequetur ex iiſdem, ꝙ F
propoſitionibus, quibus vſus eſt ad inferẽdam cõcluſionem. qm̃, cũ hoc nomen ens pro accñte capiatur, ſubſtantia inq̃ exit, & non erit ſimul. erit quidem, ſi accñs ponatur eſſe ens: accidens. n. non extat, niſi ſi ſubſtantia. nõ erit vero, ſi ponatur id, quod eſt præter ens, quod eſt accñs, 27
eſſe non ens. At, ſi ens pro ſubſtantia capiat, quod quidam potius credendum eſt, tunc verum eſſet dicere ipſum eſſe album vnum, vel aliquod aliud prædicamen, quod de

ſub-

G substantia vere dicatur. de his. n. p-
dicatis ſm rationem eius dicet ab-
ſolute non ens, cum ipſe dicat quic-
quid eſt præter ens. & ſic ens erit nõ
ens. Differt autem hæc deſtructio a
præcedente. qm̃ illa erat ex propoſi
tionibus ab ipſis in interrogatione
acceptis, hæc vero eſt ex ipſimet p-
poſitionibus, quas ille vt concedit,
facien, hic ſyllogiſmum: & pperea
memorauimus hanc deſtructionẽ i
hoc loco. is autem ſyllogiſmus, qui
ſit hic ad hanc concluſionẽ deſtruẽ
dam, eſt ex gñe ſyllogiſmorum, qui
ex oppoſitis conſtruuntur propoſi-
H nonibus in eadem ſententia inuẽtus,
qui adducitur ad deſtruendam illã
ſententiam, quam conantur crede-
re: in libro aũt Priorũ iam oſtẽſum
eſt qualiter horum ſyllogiſmorum
30 gña conſtruantur. Plato, vt vſ, acce
ptabat illas duas propoſitiones Par
menidis, hoc eſt, q̃ quicquid eſt pre
ter ens, eſt non ens, & quod non eſt
ens, nihil eſt: ſed ens putabat eẽ for-
mam, & nõ ens materiã: ſenſibileq,
eſſe compoſitum ex forma, & mate
ria: quorum alterum ens, alterũ nõ
31 ens eſſe exiſtimabat. Cogebatur er
go fateri vel non ens eſſe aliquod
I ens. cum nulla res componatur ex
priuatione, vel nomen entis plura ſi
gnificare. Sed hæc contradictio ſur
git cõtra ipſum, propterea quia nõ
diſtinguit apud eum, ipm ens ad plu
ra, & ad ens in actu, & potentia.

Secunda pars huius ſummæ Duo habet capita.

In Primo enarrantur opiniones Antiquorum Naturalium de principio materiali redditurq. cauſa, ob quam ita opinati fuerunt.

In Secundo vero afferrtur ratio eorum, qui aſſerebant principia eſſe infinita.

Caput Primum. K

ORum autem, qui noſ ẽ
entis vice principii no-
minis vtuntur, cum cæ
teris Phyſicis tenetur
ſermonem facere, cum nullum prin
cipiorum artis denegent quidã vnũ
eſſe principium autumant, quidam
vero plura. & qui vnum, gnationẽ
quippe ex contrariis, & eorum ſubie
cto fieri concedunt: putant. n. res ex
ſuis gñari contrariis. Et hi haſiam
ſectati ſunt. nam eorum quidã po-
nunt vnum ex quatuor elemẽtis eſ-
ſe ſubiectum contrariorum, ipſum
contraria, quæ ſunt dnæ rerũ, apud L
eos eſſe denſitatem, & rarit ate (ſeu
ſungoſitatem) & denig; magnum,
& paruum: tanq, hi ſunt gnationẽ
per alterationem fieri, cum ipſi con-
ſideant res ipſas dẽſitate huius vnius
ſubiecti, vt ſpõgoſitate fieri. Alium
arbitrati ſunt illud vnum ſubiectũ
eſſe aliquid, q̃ igne craſſius, aere ve
ro tenuius. &, ſi quid videatur gnari
id ex illo gñari affirmãt, cum ea ex
ipſo amoueantur, & egrediantur,
cum in eo actu exiſtant.

Plato tñ magnum, & paruũ ma-
teriam, vnum vero ipſam formã M
eã eſſe cenſet. Alij autem præter
ipſum magnum, ac paruum eſſe for
mam, & ipſum vnum eſſe eorũ re-
ceptiuum ponunt.

Hęc igitur eſt opinionũ ſumma
eorum, qui principium materiale
eſſe vnum aiunt.

Eorum vero, qui plura eſſe princi
pia faciẽtur, nonnulli finita, vt Em
pedocles, qui quatuor elementa ea
eſſe opinatus eſt, quidam vero alij
ea infinita faciunt, vt Anaxagoras,
& Democritus: cõcordes enim ſunt
ponere generationem fieri per deſe
ctũ.

A ctum. Empedocles tamen putabat res segregari, & ex quatuor egredi elementis, mox dissolui, & ad quatuor reuerti elementa, & id circulariter fieri. Sed Anaxagoras quodlibet in quolibet existere censebat, atque quodlibet ex quolibet prouenire, hoc est similares ex similaribus partibus, quas elementa esse credit: atq; id habuisse initium nō negat, in futurumq; in infinitum processurum. & ex aqua sanguinem, parteſq; carnosas, & ossicas egredi infinitas: identidem ex sale aquam & duce infinitam: omne tandem corp⁹

B similare ex omni similari in infinitum exire autumant, alterumq; illo tū, aqua, vel sal iuxta magis dñans denominari, plenum tñ esse ex similaribus partibus infinitis⁹ situ, & numero. Habes igitur summatim Anaxagorum opinionem de ipsis principijs. sed quid eos ad hmōi duxerit sententias, nūc dicam. Anaxagoras autem, cum in confesso habuisset gñationem ex nihilo non fieri, sed ex contrarijs, ipsamq; infinitam eē, cogitur profecto fateri oīa contraria in seinuicem in infinitum existere. fin.n. generatio ex ⁹ priuatione

C oritur, &, si finita, generatio ꝓfūs cessaret. Sed qui generationem alterationem esse dicunt, qui quidē nū subiectum, & contraria dant generationi, cum generationem ex nihilo nō fieri acceperint, cōtrariaq; nō posse sibi inuicem inesse, tenent credere gñationem in substantia nequaq; dari: secus. n. res in seinuicem manerent. Contra quos oīa hæc insurgunt inconuenientia, quia inter id, quod in potentia, & id, qđ in actu minime distinguūt. Cōtra eos quoque, ꝓpterea quia vnū eē subiectū gñationis in actu arbitrantur, hæc militant inopinabilia, videlicet gñationē in substātia eē alterationē, vel res sese mutuo habere, aut gñationē ex nihilo fieri. Quidā alij censebant, qđ erat minus incōmodū eius opinioni cū assentirent gñationem ex nihilo non fieri. D

Caput Secundum, in quo quatuor affert rationes contra Anaxagoram, qui ponit similares partes esse infinitas.

PRima rō ē vlis Logicalis, hęc. ſ. Si principia forma, & nūero infinita eēnt, ſcognita, ꝓfecto eēnt, neq; ā eis ſcīa haberi posset: sed principia debēt eē cognita: ergo principia debēt eē finita. Scīa ē. Si similares partes, ex q b⁹ alia, ſtipes, cęteraq; corpora cōstāt, eēnt ſinita, oporteret quidē alīalium, arq; plātarū magnitudines, & quātitates ſfinitas eē: sed eę finitę ſunt: igit & partes, ex q bus cōponunt ſūt finitę: qm qđ ex finitis cōstat pūb⁹, infinitū necessario est. Tertia. Si similaria corpora ex ſeſuicē ꝓdirēt in gñatione, oporteret oīno ea minui, ac pauciora reddi, hoc ē, si ex carne partes exeāt carnis. & ossis, oportebit eam minorē, q̄ erat, effici. Quod, si ita res se habuerit, alterum duorū necessariū erit, videlicet vel disgregationem, exitumq; sistere. quoniam, cum ea ro exempli grātia in paruitate eius desinat ad minimam particulam, q̄ formam carnis recipere potest, nullatenus poterit ex ea egredi carnis particula, neq; alicuius alterius rei. Sistet igitur ipsa gñatio. hoc autem falsum est. neq; Anaxagoras ipse id assentiret. Vel erit dicendum ex corpore partibus finito, infinitas egredi

E 16

F 17

di: portiones. quod est impossibile.

38 Quarta. Sequeretur eius opinionem, res infinitas in ipso finito, situ differre, & in qualibet illarum infinitarum partium partes infinitas infinitues existere, neq; esse actu distinctas. quo quidem nihil absurdius. hoc aut sequi ex hoc, quod dicit, q libet ee in quolibet, & q libet ex quolibet incessanter prodire.

Tertia Summa in Quotquot fecatur corpus.

In Primo rationes adducuntur famosi, q principia contraria esse, atque plura, qui vnum affirmant.

H In Secundo, quæ contraria nō sufficere ad hoc vt sint principia, ostenditur. necessarium, esse tertiam dare naturam, quæ est primum subiectum: neq; oportere principia ee plura tribus, quemadmodū neq; res esse plura vno.

In Tertio probatur vera principia esse duo duracinæ, videlicet materiam, & formam ipsarum: & quod primatio oppositæ formæ non est materia, sed quid ei accidens: & q si primatio esset principium, id quidem per accidens foret. ostenditur quoq; essentia primæ materiæ, & quod esse habeat.

In Quarto ostenditur q illa, quibus Antiqui dubitabant de esse generationis, solumentur per ea, quæ de essentia materiæ primæ probatur, eosq; octo locutos fuisse de essentia huius naturæ, sed veritatem non attigisse: quibq; alij aliis exactius te I asserunt sunt.

In Quinto Aristotes probabit huiusmodi naturam ingenitam, & incorruptibilē, esse.

Caput Primum.

41 Icimus igitur Antiquorum neminem principia esse contraria negare: tametsi quid sit natura primorum cōtrariorum, quæ sunt principia ipsa inter se disceptēt. nam quidam eorum densitatem, & fungositatem esse asserunt: alij calidum & frigidum: nonnulli vero vacuum, & plenum, vt Democrite: sed quidam alij magnum, & parū K esse autumant. Duo aūt sunt, quæ principia esse contraria persuadere faciunt, videlicet syllogismus, & inductio.

Syllogismo quidem, qui eisdem 42 vtūr habere ꝓprietates ipsa principia, quas ipsamet cōtraria. quarum Prima est, nequaq; ex se inuicem heri. qm̄, si prima principia ex seinuicem mutuo orirent, minime essent prima principia. Secunda est, ea ex aliis non fieri, ob eandemmet ratonem. Tertia, omnes particulas ex ipsis fieri. hæc. n. est natura principiorum communium omniū reb⁹: cōtrariis autem hæ insunt ꝓprietates: in sequitur igitur in secunda figura principia esse contraria. Et quia huiusmodi ꝓprietates sunt connubiles, nō ex duabus affirmatiuis cōcludit in secunda figura. Inductio 43 ne quoq; id ostendi licet. liquidem res perquirantur, videlicet nihil ex quocunq; gñari, neq; cuiuscunq; rei gratia, neq. in quodcunq; corrūpi, sed ex terminatis contrariis in terminata contraria, vt in alterationē gra exempli album ex nigro vel medio colore fieri nō a calido, nisi forte id per accīs fiat, sicut dicim⁹ albū ex calido gigni, cum contingit calidum esse nigrum. Idemdem in cō 44 positione, & cōiunctione perspicuū 45 est. constituatur nanq; res ex priuatione, compositione propria alicui composito⁹ vt ædes gratia exempli, quę ex lateribus constituuntur, & lignis, quæ forma cathedræ dom⁹, sed nō * alia ex qualibet * priuatione. Idemq; 46 in generatione, & corruptiōe visum 47 est. gignitur. n. res ex priuatione ꝓpria illi rei. Inductione igitur hoc habito, sequitur omnem gnationē ex cōtrarijs fieri, vel ex mediꝭ inter

ipsa

A ipsa. Intellipo autem in hoc loco p
contraria, ipsa oppolita. quælibet
quoq; corruptio ad contraria fit, vt
48 ad media inter ipsa. Antiqui autem
49 ideo asserunt principia esse contra-
ria, quia res ipsa sese manifestat, ac
si ab ipsa veritate cogantur id fate-
ri. Sed in contrariorum principatu
inter se discrepant: quia in quo ipse
contraria inuicem præcedant, & q
sunt aliis principaliora, plecto non
sunt concordes. Nam eorum nonnul
li putabāt horū vsie, seu cōe proprio
esse principalius, seu prius. Alij vero
huius sententiæ oppositum tari sūt.
B sed quidam alij putabant notius in
intellectu debere esse principiū sen-
su notioris, aliqui alij econtra. exem
plum de notioie sensu est denitas,
& tantas, in intellectu vero magnū,
& paruum. Oēs tñ in confesso ha-
bent principia debere esse cōtraria,
ac diuersa in quibusius contrariis.
hoc autem satis consonum est, cū
vniuersale sit partiali notius.

Caput Secundum.

50 CVm principia non esse infini-
ta probauerit, plutaq; esse, cū
sint contraria aggreditur probare
C non sufficere esse prima principia
duo contraria tantum, hoc est prin-
cipia esse tantum duo. ad quam sen
tentiam tres afferi rationes.

51 Prima ratio est, quia cōtraria nō
agunt: seinuicem, neq; sese mutuo
recipiunt: calidum. n. in frigidū nō
agit, neq; ipsum recipit, neq, frigi-
dū calidum. cum autem gñatio ex
principio fiat agente, & recipiente:
sed ipsa contraria non agunt in se
inuicem, neq; sese recipiūt: ergo cō-
traria non sunt principia gñatiōis.

52 Secunda ratio est, quia contraria
sunt in subiecto: & quicquid est in D
subiecto nō est principium: qm̄ in
digere principio ipsum principiū,
quod est, f. subiectum.

Tertia ratio est, quia cōtraria nō 53
sunt substantiæ, neq; in substantijs
sunt contraria, cum nulla sit substā
tia alteri contraria: sed substantiæ
principia debent esse substantiæ: er
go contraria nō sunt principia sub-
stantiæ. Cum autem primæ rōnes
cogerent contraria esse principia,
hæc vero contrariorum probat, solué-
dum igitur est hoc dubium fortas-
se, si ponamus principia esse tria, vi-
delicet ipsa contraria duo, & eorum E
subiectum. nam, cū maior pars ho-
minum gñationem ex cōtrarijs fie-
ri putent, sed sese contraria mutuo
recipere negent penitus, iō vna vo-
ce omnes tertiam naturam, quæ est
subiectum duorum contrariorū da
re conant. Sed quid sit hmōi natu- 54
ra inter se discrepant. quidam. n. co
rum ignem, quidam vero aquam,
nonnulli aerem, alij etiam terrā esse
censent, aliqui tamen id mediam
esse naturam inter ignem, & aerem
affirmant. Qui aūt ipsum putat es-
se naturam mediam inter duas na-
turas, hoc est * inter duo elmentorū F
quatuor, magis accedit ad naturæ
materiæ primæ cognitionem, q̄ qui
vnum horum elementorū quatuor
& qui ignem dicūt, ipsum profectō
propinquius essentiæ ipsius poten-
tiæ ponunt. & qui aerem, magis q̄ q̄
aquam: qm̄ aer minus sensu perce-
pit q̄ aqua, cum non percipiatur vi
su. est igitur eius essentia magis in-
cognita q̄ quæ aquæ: ac si magis es
sentiæ accedat potentiæ: quæ quidē
est vere materia, vt post hoc ostende
tur. & iō dicebant principia eē tria, 55
vide

* Participa re naturā duorū ele mētorum

videlicet ipsum vnum, & * augmentum, & decrementum. natura nãq; ternaria apud Antiquos extabat: verũ eorum quidam illud vnum passiuum, aq. duo agẽtia esse credebãt, alij tñ huius oppositum rati sunt,

96 & est ipse Plato. Rõ autem quæ ponit, ex dictis manifestum, principia esse tria, est satis sufficiens: quæ vero plura tribus imponit: & q plura vno est necessaria. Sed ea non esse plura q̃ tria ostensum est ex eo, quia vnum subiectũ sufficit ad recipiendum, & vna cõtrarietas ad agendum. &, si essent contraria duo, tunc illud fm vel esset in eo-

H dem subiecto, in quo primum, vel secundo: &, si in secũdo, tũc corpora omnia nequaq̃ transmutarent ad inuicem. transmutatio autem elementorũ inter se inuicem, simpliciũ, atq, aliorum ad ea, & ipsam plantã, & aial ad sese mutuo conuertentiũ, & tãdem cõcta corpora gñabilia, & corruptibilia sese inuicem trãsmutare sensu cognoscitur. Hac igitur rõne non posse inueniri duo contraria in duobus subiectis satis perspicuũ est. Si aũt in vno existerẽt subiecto, tũc oportet alterum alterio communi*, atq, prius esse. qñ nõ inueniuntur in

I vno genere supremo, nisi vna cõtrarietas suprema, ad quã extera aliq; contrarietates illius gñis ascendũt, vllaq; est illis principium. ita et se habet vnum in gñe substantiæ, i quo fit, gñatio, & corruptio. &, si impossibile est duo contraria esse principia, hoc est duo gña contrariorũ, nec i vno, neq; in duobus subiectis, sequit̃ manifeste principia non oportere esse plura quam tria. patet quoque ipsa esse plura quam vnum. sed vtrũ duo, vel tria, id protinus inquirendum est.

* a.l. esset fus, defectiuus.

IN hoc capite incipit ostendere gñationem ex tribus principijs. 97 ex priuatione videlicet precedente i subiecto gñationis, ter subiecto generationis, & forma genita. & quia liber genitum est compositũ ex subiecto, & forma. hoc aũt patebit ex hac nostra vsi contemplatione. hoc est, si contemplemur vniuersale genus transmutationis cum vniuersale, seu commune proprio sit notũ, ab eoq; ad cognitionem proprij gñeficiemur.

Dicamus igitur q, cum nos dicimus aliquid ex aliquo fieri, vel aliquid genitum, & effectum esse aliquid, id quidem alterum duorũ simplicium significare pót, vel ex illis duobus compositum. vna aũt talium simplicium rerum est, vt dicamus, ex non grammatico grammaticus fit, vel non grammaticus efficitur grammaticus. Primum igitur simplex est ipsa priuatio, q̃ in subiecto precedit. Secũdũ vero simplex est, vt dicamus, nõ factus est grammaticus, vel ex hoc factũ esse grammaticũ: & hoc fm simplex, est subiectũ gñationis. Tertiũ autem ex his cõpositũ est, vt si dicamus ex hoc nõ grammatico factũ est grammaticum. hoc itaq; duo simplicia, ex quibus hmõi tertium componitur, manifeste reperiuntur inter se differre. nam hõ, quicquidem est subiectum, extat in esse suo, sed non grammaticum, quod est ipsa priuatio minime, & recedit ad cẽ formam. In idiomate aũt Græco aliquã in dictionibus horum duorum extat dñia, sed in nro non ita apertæ discrepantia cognoscitur. Nam hæc dictio ex, æquiuocum est nomẽ, cũ priuationẽ nõnunq̃, qñq; vero subiectũ

A iectum denotet: quis de subiecto ve
re dicatur, & largo mō de priuatione. C ū igitur appareat has duas na
turas inter se fm esse distingui, ideo
alterā priuationem, alteram vero
materiam appellamus. inuestigandum igitur est vtrum in omni gnatione, & corruptione fiat necessariō,
vel ne: &, si necessariæ, quo nam pacto id se habeat. Et dicamus manifestum esse oportere priuationem p
cedere in subiecto ipsum gnatum.
aliter. n. non fieret genitum, nam genitum est, quod post priuationē inuenitur. Subiectum quoq; inueniri
B manifestum est. id quoq; esse necessarium ad gnationem accidit: nā
accidia dicuntur in subiecto. sed qđ
necessario inueniatur in gnatione
simplici, quę est substantiæ gnatio,
est immanifestum. At, si id vī contemplatione consyderetur, satis per
spicuum erit.

Nam quodlibet genitum, tū substantia, tum aliquod aliud videt ex
aliquo gnari subiecto. Etenim aīal
ex genitura, ut ps ex semine, aqua
ex igne gnatur. Idemtudem quicqd ī
qualitate passibili gnatur, vt albū,
& nigrum, & in impassibili, vt figu
C ra, & compositio, itidem & incremē
tum, & decrementum aptę vīt indigere subiecto. Cuncta igit gnabilia
subiecto indigent, nihilq; ex quolibet gnari, longe ergo minus ex priuatione. Hoc aūt ita se hēt, propterea quia gnari est motus, & trāsmutatio ex aliquo in aliquod in subiectā
tia. oportet igitur dari subiectum illi transmutationi, & motui. & ideo
Antiqui concedūt gnationē nequa
quā fieri, nisi ex ente. qīn, si ex priuatione fieret, non daretur ibi positas,
neq; vnus motus, qui scipiat ab aliquo, & desinat in aliquod: & tunc est D
set potius successio, seu vicissitudo l
loco, & permutatio, nō aūt gnatio.
ex hoc ergo patet quodlibet genitū
esse cō positū ex subiecto, & forma,
q̄ quidem est ipsa res, qua est genitum. Cum igitur rerum principia
per se sint hæ duæ cāæ, hoc est materia, & forma, manifestū est ex his
cuncta constare sensibilia. sed, cum
ens, ideo ext, quia eius causæ, quæ
sunt eius pars, vel partes, extāt, hinc
est q̄ oportet naturam materię esse
a natura priuationis distinctā: qm̄
priuatio non est de natura gnatōis
ita, vt sit pars geniti, sed tanq̄ quid
accīs subiecto quod est pars geniti. E
at est gnationi necessāria: quapropter, si principium, id quidē per accīs nuncupat. Differunt quoq; ma
nifeste inter se subiectum, & forma,
cum hæc sit in actu, subiectum vero per se nequaq̄, immo in potētia.
sin aūt, gnatio alterato esset vt Antiquorum complures opinati fuere.
Hac igitur rōne materię primæ natura iam satis apparet, ipsam. l esse
mediam inter priuationem, & actū,
esseq; in potētia. Intelligo autem p
esse in potentia, ipsam ab eo, quod ī F
actu, non expoliari, hoc est, q̄ non
denudatur a formis et successiue ad
uenientibus, neq, a posītate, q̄ sibi
debet. & iō eius natura non fuit Antiquis cognīta, adeo, q̄ quidam eorū ponebant eam in actu: & sic seq
tur apud eos gnationem in substan
tia esse alterationem: quidam vero
alij priuationem esse asserebant: &
sic apud eos oporteret priuationem
aliquid esse. Natura autem huius ma 69
teriæ, vt inquit Aristot. concipit per
analogiam, seu comparationem. nā
eius ꝓportio ad formam est vt ligni

qua-

G nuatenus est cella, in postria ad ipsius cellæ formam. Ex his igit, quot sint principia, duoq, esse p̃ncipia, & vnū p accens, aperte habent potest, & eorsi vnumquodq, quid sit, & quasi sensuicem habeant, alterumq, contrariorum in gnatione esse priuationem, alterum vero formam, & horum subiectum esse materiā primā ostensum est iam. Nec nos latere deceat potentiam, ac possibilitatem non esse de essentia materiæ, sed vnum ex consequentibus eē. Immo re vera materia est subiectum potentiæ, & possibilitas. &, si potentia esset de substantia essentia, tunc materia esset sibi ipsi materia: cum potētia dicatur in relatiõe ad aliud. recepta igitur forma remouet ab ea ipsa potentia: quapropter ponus nomē subiecti, q̃ potentiæ tunc sibi vendicare, seu vsurpare debet. Differt quoq, manifeste ipsa priuatio a potentia. q̃m potentia aliquid est, (seu est aliquod eē,) priuatio vero negatio est absoluta (seu simpst.) Materia igitur prima est quid vnum subiecto, plura potētia, & priuationibus in ea exñtibus, velut cæra, quæ quidem est subiecto vna, aptitudine tñ, quam habet ad figuras recipiendas, plures. Quid igitur interest inter subiectum, potentiam, & priuationem ex his habenH potest.

Caput Quartum.

71 EX his autem, quæ de essentia huius naturæ declarata fuere, dubiū, quo Antiqui ipsam gñationem tollebant, ensq; esse vnum putabant, & q̃ id, quod ex ipsa gñatione comprehendi potest, est aggregatio, & disgregatio, vel dissipatio, & exitus, vt nonnulli opinati sunt, solucre quidem haud difficile est. Dubium autem ita format. Si aliquod ens gñatur, vel ex ente, vel ex non ente gñatur. sed nõ ex nõ ente, cum impossi sit, aliquid ex nihilo gigni, cum priuatio nequaq; possit transmutari, q̃m priuatio nõ recipit talem mutationem neq, ex ente, quoniā oporteret genitum inuenire antej sit. Incurrebant autem hanc ambiguitatem adeo, q̃ fuerunt coacti negare gñationis sensum abnegare, propterea quia in Logica facultate parum exercitati erant. Nos autem dubium soluimus, cum dicimus q̃, si aliquid gñari, vel ex nõ ente, vel ex ente, & eãdem quicquid agit aliquid, vel ab aliquo patitur, id quidē dupsi dici, vno mõ p se. vt cum dicimus medicum mederi. alio vero p accēns, vt cum dicimus medicū ædificare, si accidat ipsum medicū ædificare. His igitur sic stantibus, cum dicimus gñationem ex non ente, hoc intelligi pōst. Primo, q̃ se, ita, vt priuatio sit gñationis subiectum: & hoc est illud impossibile, quod imaginati sunt Antiqui, videlicet non dari quid aliud. Secundo vero, vt sit ex non ente p accēns, hoc est, quia ipsa priuatio accidit naturæ subiecti gñationis, qd dicimus non esse in actu, sed in potentia. quamvis hmõi accēns sit quid necessariū ad esse ipsius gñationis. & sic non sequitur in hoc loco inconueniens, cum dicimus gñationem fieri ex non ente p accēns, ea rõne, quam diximus, neq, si dicimus priuationem hic esse eam p accēns, volumus id accidisse causæ essentiali, & ea non indigemus ad gñationem, vt dicimus medicum esse ædificatorem, sed eo pacto, quod diximus. Eodemq, exēplo gña-

A gnationem fieri ex ente pot dupl'r dici, vno mo p se, videlicet p ens in actu sit subiectu ipsi' genit'. & hoc est impoſſe. qm sequeretur, cu aqua ex aere fit, vt sit aer, & aqua simul, vl p non des gnatio in substantia. & hoc est id, quod putabant Antiqui, s. non dari quid aliud, seu alienum, idq; esse impoſſe probabant. Alio mo p accns, cum, s. accidit huic naturæ ipsius subiecti gnationis non denudari a forma in gnatione rei ab ea, quæ quidem remouet, & recedit ab eo in aduentu formæ genitæ

B in ipsum, non p ipsamet forma, q est in subiecto, recipiat formã, quę gnatur. & sic nedum erit impoſſe, immo neceſſarium, s. gnationẽ fieri ex ente per accns, & sic id p accns fit. Huic tandẽ naturę duo accidũt, priuatio. s. & forma, q præcedit ei secundum esse ante nouam formã, q gnatur: & tunc gnatio ex ea fiet p se sed per accns ex illis duabus naturis quæ ei accidunt, hoc est ex priuatione, & forma. Is igitur est vnus modus, quo hoc dubium soluitur, ponẽdo hanc naturam.

Secundus est, quia ens dr de potẽtia, & actu. Ipſa quoq; priuatio de duob' dr, videlicet de negatione abſoluta (seu simplr) & de priuatione propria, quæ ineſt alicui subiecto, & alicui rei. Impoſſe ergo est gnationẽ fieri ex ente s actu, sed nõ ab eo, qd in potẽtia, & ex priuato simplr, sed non a priuatione indefinita.

Plato aũt vt magis auferre huiusmodi principium, q̃ qui ipm in actu ponit. qm opinatus est ipſe generationem fieri ex non ente, cum tñ fateat materiam eẽ vnum entũ, & sic sequit' fm ipm ens nõ eẽ ens. acceptat. n. ipſe dictũ Parmenidis, qui dicit quicquid est præter ens eẽ D non ens abſolute: mox ponit materiam eſſe ens, cum aſſerat tñ ipſam eſſe præter ens. Nos autem distinguimus, & dicim' materiam eſſe in potentia, & priuationem eſſe quid accns ei. Differunt tñ, cum hęc sit pars geniti illa vero non. Corruptio autem, q est ipſum malum, ingredi tur quidem res propter priuationẽ, quam hæc natura recipe ſolet: at ipſum eſſe, quod est bonum, res inſequitur propter formam. Hmõi ergo natura apta est recipe bonum, quod est forma, vel malum, quod ẽ priuatio & corruptio. Aeternitatis quoq; priuatio rebus ineſt propter E hmõi naturam, hoc est eo, quod accidit ei poſſibilitas priuationis. Hęc quoq, natura ob eius defectum appetit recipe formam, quemadmodũ & imperfectum pfectionẽ, sed non appetit corruptionem, immo ipſa corruptio est quid accidens ei rõne priuationis. Habes igitur modos, quibus ſoluitur dubium, quo Antiqui gnationem negabant.

Caput Quintum.

AD hęc dicimus huiuſcemodi 82
naturam nec genitam p se, F
nec corruptibilẽ eẽ. Quoniã, ſi gnaretur, haberet ſubiectum, ex quo gigneret. &, ſi sic, tunc ipſamet eẽt sibi ipſi ſubiectũ. nam id, quod in potẽtia, non separat, neq; diſtinguit ab eo, quod est in potentia, & sic eẽt anteq̃ fuiſſet, vel erit in actu. indem, ſi corrũperet, oporteret ipſam hãe ſubiectum. &, ſi hãet ſubiectum, tunc alterum illorũ duorũ ſequeret' ſcõueniens, videlicet vel corrumpi anteq̃ corrũpat, vl eẽ quid in actu. per accns tñ nihil ꝓhibet dicere ipſam

corrumpi, vel gñari, propterea quia res in ea exiſtens accidit gñatio, & corruptio. quemadmodum dicim⁹ lagenam corrumpi, cum vinū, qđ I ea exiſtit corrumpitur, eāq; melio rem reddi, cum clarificatur.

Ex his ergo patet, q̄ datur materia prima, q̄ ē ingenita, & incorruptibilis, & eſt primū ſubiectum oīum rerum gñabilium, corruptibiliūue. Tractate autē de eē primæ formæ, 83 & quid ſit, & vtrum vna, vel plures, & corruptibilis, vel incorruptibilis, & vtra earum ſit ſubſtãtia, i. forma, H an materia, vt vtraq;, & ſi vtrq; cui magis conueniat nomē ſubſtãtiæ, hoc inq̄ totum ad primum ſpectat Philoſophum, qui de ente, quatenꝰ eſt ens, conſyderat.

Atqui conſiderari naturales formas mobiles, q̄ ſunt principia rerū gñabilium, & corruptibiliū ad hãc proprie attinet ſcientiam, de qua re fiet ſermo, cum de ſingulo ennum naturaliū ſenſibiliū tractabit. Quod aūt deē primus motor rerū naturaliū, in fine huius operis probabit. & hic deſinit quicquid cõtinet hic Primus liber de rebus viſibus, mira ti I breuitate pro virili noſtro, ac veluti pertranſeundo. & ſolus Deus, qui ad bonum dirigit, laudetur.

AVERROIS
EXPOSITIO MEDIA
IN SECVNDVM LIB. PHYSICORVM.

VIt in hoc Secundo libro tractare de his quæ in hac ſcientia velut prænotiones, & principia præſup ponenda ſunt: & qui hanc profite- K tur ſcientiam, ea præintelligere, experturſque in eis eſſe debet: quæ omnia in tribus continentur ſummulis.

In Prima Sũmula fiet ſermo de ipſa natura, & de quocunq; ad eam refertur, & quot dicatur modis.

In Secunda, qualis ſit huius ſcientiæ ꝓfectioris contemplatio, & i quo differat ab ea, quæ Mathematici & tãdem afferet Logicales regulas, ꝑ quas huius ſcientiæ.

In Tertia vero de cauſis, & earum diuiſione in id, quod per ſe, & id, quod per accidens, & in aliquas L alias diſſectiones.

Prima Summula capita ſunt Septem.

In Primo capite habetur quid ſit natura.
In Secundo, quid ſit id, quod habet naturã.
In Tertio, quid ſit id, quod eſt ſecundum naturam.
In Quarto, quid ſint res naturales
In Quinto, naturam eſſe, quid notum per ſe eſſe.
In Sexto, quot modis dicatur natura.
In Septimo, verum materia potius nomen naturæ ſibi vendicet, quam forma, vel econtra.

M

Caput Primum.

Icam⁹ igitur iam eſſe p ſe notum q̄ rerū, quædam a natura, ddã ab aliis prodeunt cauſis, vt quæ ex electione, & arte fiunt, & q̄ a caſu, & fortuna: & q̄ corpora, quę a natura producuntur, ſunt corporū ſimplicium genera, vt ignis, aer, aqua, & terra, & quæ ex his componuntur, vt animalia, & ſtirpes: & q̄ hæc ab his, quę non ſunt a natura differunt, cum quodlibet norū naturalium habeat in ſe principiū mo

tu

A tus & quietis, vtpote cœlestia corpo
ra habent in se principium motus
translationis tantum, quædam vero
alia corpora habent in se principiũ
incrementi & decrementi, nonnul-
la alia generationis motum & quæ
dam alia alterationis obtinent mo
rum: & horum quædam vnum dũ-
taxat illorum motuum adipiscun-
tur, quædam vero plures, & quædam
2 alia omnes obtinent motus. At in
artificialibus principium alteratio-
nis, & motus in seipsis non reperi-
tur, quatenus sunt corpora artifica
lia, sed extrinsecus. inest enim motus
B deorsum ipsi scamno, non quatenꝰ
est scamnum, sed eo ꝙ est naturale
communæ non agere, niſi priꝰ obiectũ magis commune agat. nam obiectum relatũ in phãtaſmate nanq; aliter agit in intellectũ, & aptum natum eſt ad immutationem intellectus, quod ad cognitionem ſui, & non alterius. ſicut qui labet ſũ capeus ſcire poteſt. Quia ex philoſophis nobis Antiqua negat mihi, eq; & alias conceptum prius in intellectu innouiſcere conceptu generis innominati, in quo iſta cõuenium? Ratio igitur, q̃ prius aliquid innoteſcat intellectui, non eſt, quia aliud alio ſit magis commune abſolute, ſed requiritur q̃ ſit magis ſenſatũ quia intellectus noſter in intelligendo dependet à ſenſu. ſi igitur qhq; contingeret minus commune eſſe magis ſenſatum magis communi, non videtur quo ad actualem cognitionẽ, quicquid ſit de habituali, quin minus cõmune in hoc caſu prius intelligat ab intellectu q̃ magis commune. Et iſta eſt ſententia Philoſophi ſine dubio. V ade in. 6 topico. cap. 4 dicit q̃ corpus eſt magis notum quo ad nos, quam ſuperficies, et ſuperficies magis q̃ linea, quia magis ſub ſenſu cadunt, ſecus aũt eſt quo ad naturã. Et, ſi Sub iſta doctor habuerit iſtũ ſenſum, ſicut prætendunt verba eius, credo opinionem illã veram eſſe. Nec Sancto doctori repugnabit quantum ad hoc. Nam ipſe dicit q̃ conceptus ſpecierũ, cuius ſingulare ſortium mouet ſenſum, eſt primo cognitꝰ ab intellectu. ſed Moderni ſequaces volunt ſuſtinere iſtã viã viri, ſicut ſequaces ſancti Thomæ vt volunt tenere q̃ magis vtia ſunt notiora. Sed nos mediando inter iſtas duas vias dicimus q̃ qhq; vtia ſunt notiora minus vtibus, & hoc qñ ex fuerint magis ſenſata. & qhq; contingit oppoſitum, videlicet q̃ minus vtia ſunt primo cognita: & hoc, qñ illa fuerint magis ſenſata magis vtibus. Sed propter quid eſt, q̃ communiter dicitur magis vtia notiora eſſe minus vtibus? Dico q̃, quia in pluribus contingit accidentia ſingularium ipſorum magis vtium eſſe magis ſenſata accidentibus ſingularium minus vtium, & quia denominatio ſit à ſupereminenti, ideo hoc contingit, ita illud non eſt vtì verum, ſicut quidam proterui ſuſtinere volunt. Scitis iſti propoſitiones naturales non ſemper verificari vtì, ſufficit qhq; eas verificari, vt in pluribus eorũ. nam natura fiunt, quæ dã ſunt ſemper, & quæ dam frequenter. Radicaliter iſtius veritatis ſuſtenſus, ſicut vidiſti. & hoc eſt at qui d Chus. in hoc prologo plerunque ad hanc radicem aſpiciens dicebat, q̃ ratio propter quam vtia, quod eſt quoddam notũ. notius eſt apud intellectum, eſt quia particulare, quod eſt quoddam totum, et. non apud ſenſum. Ad quæſtionem ergo quærentem, verum magis vtia notius ſit minus vtì cognitione confuſa & actuali, non eſt ſimpliciter reſpondendum, quia quæſtio multiplex eſt, ſed debemus diſtinguere. Quia, aut comparatur magis vtia ad minus vtia, vt eſt quoddam totum, & minus vtia eſt pars magis vtius, aut comparatio talium eſt conuerſo modo ita q̃ magis vtia conſyſteretur vt eſt pars minus vtis: quod accidit vtì, qñ minus vtia conſyderatur vt eſt definitũ quoddam, & confuſum, & totius rationem habens, & minus vtia, vt eſt definiẽs, & eſt pars definitionis eius. Si primo modo fiat comparatio diſtinguendum eſt adhuc. nã aut ſingulare magis vtia eſt magis ſenſatum, q̃ ſingulare minus vtia, aut econtra. ſi primũ, ſic magis vtia eſt notius prius intellectus, q̃ minus vtia: ſi detur autẽ oppoſitum, dico tunc q̃ minus vtia eſt notius magis vtia. Si autem comparatio fuit inter magis vtia, & minus vtia, vt vnum eſt definiens, & aliud definiatum, dico q̃ in prima cognitione actuali & confuſa prius occurrit intellectui minus vtia, quod eſt quoddam totum, q̃ magis vtia, quod eſt pars eius, vt ſic, Et ratio iſtius eſt, quia particulare, qđ eſt quoddã totũ priꝰ, innoteſcit ſenſui q̃ illæ partes, vade, ſi quis ingrediatur in aliquam domum, prius occurrit ſibi tota compoſitio, q̃ partes eius, hæ nomina ſpecierum definitarum, quæ confunduntur in ſe partes, ex quibus componuntur, notiora ſunt nominibus partium definientium. Et hoc voluit Ariſt. 1. phy. text. 1cõ, 5. & Themiſtius ibi in commento. & hoc ſentit etiam Sanctus doctor in prima parte ſummæ, quæſt. 8 5. art. 3. & in expoſitione iſtius prologi. vbi ipſe ſoluit cõtradictionem Philoſophi in text. 3. & 4. ex vna parte, & in text. 5. ex alia parte. ſicut igitur ſen'us prius fertur in totum, q̃ in partes, & prius in confuſam cognitionem, q̃ in diſtinctam. ſic primæ cognitiones naturalis noſtri intellectus ordo eſt, vt prius in nomen definiti ſe traſferat, q̃ in nomina definientium, & prius cognitionem quid nominis, quæ confuſa eſt, attingat, q̃ attingat definitionem quid rei, quæ diſtincta eſt. Recte igitur diximus, q̃ radix ducens nos ad veritatem iſtius quæſtionis, ſenſus eſt. & iſta radix communicat cum illa alia, quæ eſt q̃ ratio cognoſcendi eſt ab actu. & ideo res magis ſenſatæ magis & prius innoteſcunt intellectui, quia tales magis ſunt in actu ad mouendum intellectum,

tum, q̃ sint res mere fictæ. Vnde Cõm. 2. de anima cõ. 92. dicit q̃ comprehensio differentiarũ formalium a sensu causa est cõprehensionis earũ ab intellectu. Et ideo dicit Philosophus ibidem, q̃ non est manifestũ quale quid sit odor. Et reddens causam huius, inquit, causa autem huius est, quia sensum bene non habemus certũ, sed percipere multos animalium, scil. q̃ quos agnoscimus eandem dictum, probando magis vsia notiora esse nobis vsibus, inquantum definitio datur per notiora. Item ordinatus q̃ definitio datur per notiora. Item ordinatus q̃ definitum ad id quod est definitio quid nominis. Sed modo quo ad definitionem quid res definitum. & alio modo habentur per verum genus & verã differentiam. Et primo quidem modo dico, q̃ magis vsi est nobis notum, quia habet rationem totius & partis. & minus vsi est magis notũ, quia habet rationem confusi & confusi. sed in cognitione distincta dico q̃ est econtra. quia causa notiores sunt, & priores naturæ, q̃ sint effectus distincta ad cognitionem procedentes ex notioribus & prioribus quo ad naturam, non quo ad nos, per istum modũ igit̃ soluendi tolluntur omnes distinctiones, & eorũ ad uisiones. Vnde ratio sancti Thomæ in prima parte summæ quæst. 85. artic. 3. in qua dicit q̃ transitus de extremo ad extremium, & de potentia pura in actũ, primo debet transire per medium, &c. Dico q̃ verum est sed nõ est necessarius ille transitus quo ad cognitionem actualẽ, sta q̃ hæc propositio non est necessaria. nam in talia media nõ fuerunt sensata, aut male sensata, nõ est necessarium intellectum prius in cognitionem istorum deuenire, q̃ in cognitionem specierum. Vnde, sicut dicit Cõmenta. de anima cõ. 109. Albedo, q̃ transmittitur ad nos gredientem, q̃hq. tranlit mediante chymo, & in aliquo transit mediante charopodio: intellectus noster quo ad actualem cognitionem transit a magis vsi ad minus vsi, vbi tale fuerit magis sensatum. & si fuerint aliqua minus vsia, quæ nerbem, quæ non fuerint sensata, non opus est intellectum per ea actualiter transire, quia tunc magnum tempus apponeret, antequam ad actualem cognitionem speciei sensatæ deueniri posset: quod est contra experientiam. Licet igit̃ intellectus, quo ad habitualẽ, vel virtualem cognitionem prius apetus natus sit procedere a magis vsibus, & a communioribus ad minus communia, sicut bene dixit in hoc Sabella dicebat certa distinctione prius, quia sicut forma, quæ apta nata perficere aliquod perfectibile, ordine quodam natus sunt perficere mediatius, & mox mediate, sta si esset forma virtualiter plures formas & communiorum formarum ordinaturi, quasi continuum ordine perficiet illud perfectibile. sicut, si forma substantiæ & forma corporis essent aliæ formæ, in aliquo prius informarent forma substantiæ q̃ forma corporis-ca, & sua forma virtualiter in aliquo commoretur virtutesque formæ perfectionem, prius informarent naturã sub gradu communiori q̃ sub gradu minus communi, cum natura procedat de potentia ad actum. Vnde Cõm. vbi supra cõ. 109. dicit q̃ materia prius recepit formas magis vsi, q̃ minus vsi, & mediantibus eis recipit particulares formas, non q̃ aliæ velit formam vlimi realiter distinctam esse a forma minus vsi, sicut quidam tenuerunt ex intentione eo̲ sed vna & eadem forma prius naturã perficit materiam sub abstractiorem gradum, quam secundum gradum minus abstractũ. Et hoc est, quod in intellectu nostro quando ad habitualem cognitionem possumus venire. sed quantum ad cognitionẽ actualẽ ineuitabiliter credo illud prius intelligo ab intellectu, rei singulare fortius mouet sentiens. & hoc siue illud visibile sit, siue audibile, siue aliquo alio sensu percepibile. Et ideo opinio illa Herues Thomistarum acutissimi tenentis accidens concretiue sumptum esse primũ cognitum ab intellectu nostro in cognitione confusa, est opinio vera loquendo, de accidentibus magis sensatis. Vnde, si accidentia in sequentia naturas vbiores fuerint magis sensata, tuba concretiue sumpta sunt in cognitione confusa nostra nobis in cognitione actuali. Si vero accidentia insequentia naturas minus communes fuerint magis sensata accidentibus insequentibus naturã magis vsis, tuba nostra sunt, sta q̃ in hoc semper recurrendum est ad sensum. sed, quia vt in pluribus contingit accidentia magis vsibus nostra esse accidentibus minus vsi uersalium, inde accidit q̃ magis vniuersalia dicuntur communiter nostra esse minus vniuersalibus in cognitione confusa. tã hoc est vt in pluribus verum, sed q̃hq. oppositum potest contingere, sicut ratione & authoritate probauimus. Ista igitur opinio medias inter duas opiniones extremas, & est tollens omnes ambiguitates, & difficultates, & est opinio sensata. Et per cõsequens mihi videt, salua omni

reuerenda. ꝙ sit opinio vera. experimenta enim sermonum verorum est, vt concordet sensatis. h. phylicorum, & .1. cœli vtrobique cõm. 22. per hoc patet. cui ad rationes Scotistarum probantium. semper conceptum speciei nobiorem esse, quia species est magis in actu, & actus est ratio cognoscendi. Respondetur. n ꝙ hoc est verum: tñ tunc obtenta dicitur esse magis in actu ad inuntas, dum intellecta sit, qñ est magis sensatum. Vnde Philosophus in prooemio metaphysicæ dicit ꝙ vniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum, eò quia sunt à sensibus remotissima. & loquitur de vniuersalibus in essendo ſm communem exposition em. sic dico, si singulare speciei magis sensatum fuerit singulare generis, tũc species erit prio actualiter cognita cognitione confusa, q̃ genus. si vero fuerit oppositio modo, oppositũ contingit. Et si quæras, vnde hoc est, dico ꝙ non est alia causa nisi propter modũ naturalem intelligendi. intellectus noster qui in intelligendo dependet à sensu, & præcipue in prima vita naturali cognitione ſm Philosophum sententiam. i. de anima tex. cõ. 19. &. 21. Ad aliud Scoti, dicentis magis vtia esse difficultatis abstractionis, & p cõsequens posterius cognosci. Respondetur, ꝙ abstractio primi obiecti motiui intellectus possibilis fit ab intellectu agente, qui non cognoscit ea, a quibus abstrahit. i. de anima cõ. 18. & sic illa vltima sint magis sensata. prio intelligentur ab intellectu, q̃ minus vltima. si vero oppositum, oppositum etiam contingeret, comprehensio in differentiarum à sensu est causa comprehentionis eorum ab intellectu. i. de anima cõ. 91. Ad aliud, qñ dicitur species habet rationem totius, & genus rationem partis. ergo notior erit species genere. Respondetur totum contra dendo. Nã aliter consideratæ speciei, ꝙ habeat rationẽ totius. & indistincte et confuse, sic notior est genere, vt habet rationem partis. & hoc est, quia sicut sensus primo fertur in totum q̃ in partes, sic intellectus imitans sensum prius deuenit in cognitione confusa in conceptũ speciei definitæ, qui habet rationem totius, q̃ in conceptum generis, aut differẽtiæ. sed qñ species cõparatur generi in ratione partis, tunc illa est ignotior propter eandem causam. Et omnia ista veritatem habent, cõcurrente attestatione sensus; quia sine sensu nihil fieri potest in tali casu: quia ipse est radix vniuersæ cognitionis humanæ. Ad argumentum principale respondetur, negando assumptum, ꝙ videlicet in nulla cognitione magis vniuersale possit esse notius minus vniuersali. Vnde dico ꝙ in cognitione complexa, vbi singulare eius fuerit magis sensatum, q̃ singulare minus vniuersalis. tale magis vniuersale prius cognoscetur ab intellectu q̃ minus vniuersale: & præcipue qñ comparatur sibi, sicut totum ad partes. Si vero contingat oppositum, oppositio modo dicendum est, quia non inconuenit idem respectu eiusdem posse notius & ignotius esse ſm oppositas causas & rationes. Ista pauca sunt, quæ mihi vsa sunt dicenda in tam peraridua materia, & antiqua quæstione. in qua rogo, vt si veritatem ipsam assecutus sum, vt credo, illud Deo attribuatur. si vero illam non sim assecutus, ascribatur hoc ruditati intellectus mei: salte dedi modum perscrutandi veritatẽ fratribus meis. Deo laus sempiterna, & honor immortalis.

Quæstionis de Primo Cognito finis.

MARCI ANTONII ZIMARAE.

Sancti Petrinatis, & Hydruntini, Solutiones Contradictionum in dictis Aristotelis, & Auerrois.

Super Primo Physicorum.

[illegible] prima. [illegible]

AVerrois in suo prooemio super Primo Physicorum in secundo capitulo vbi ponit vtilitatem scientiae speculatiuae, dicit q hominem esse perfectum per scientias speculatiuas est hominem habere suam vltimam perfectionem, & tali dispositio est sibi foelicitas vltima & sempiterna vita. Nos autem inuenimus oppositum ab ipso tertio de Anima. cō. 36 & 9 meta cō vlti. vbi habet ista verba. Et declarauimus super 3 de anima commento allegato, q foelicitas maxima, quae est in specie intellectus separatum est per potentiam, quae fit in intellectu speculatiuo apud suam vltimam perfectionem similem potentiae, quae fuit in visu apud aspectum ad colores, non per potentiam de modo potentiarum cogitatiuarū. quae acquiruntur per cognitionē quia nō est sicut existimauit Auempace, q hoc acquirit per cogitationem. Et in hoc etiam ipse accusat Alfarabium 3. de anima, vbi supra, sicut patet intuenti. Contradictio igitur consistit in hoc, quia hic in prooemio dicit foelicitatē hominis consistere in acquisitione scientiarum speculatiuarum, in alijs vero locis allegatis dicit foelicitatem hominis non consistere in huiusmodi scientijs, quę per discursum acquiruntur, sed in intuitiua cognitione [illegible], quę habetur per intellectum adeptum. et hoc etiam videtur velle Themistius, sicut

Solutio prima. ipse allegat. 3. de anima. Ad hoc soluentes dicimus q. 3. de anima, vbi erat locus proprius discutiendi istam difficultatem, locutus est ex propria sententia: hic vero locutus

Solutio secunda. est scdm mentem aliorum. Aut aliter & subtilius potest prima controuersia conciliari, vt dicamus foelicitatem hominis consistere in acquisitione scientiarum speculatiuarū duplr posse intelligi, vel dispositiue, vel cōpletiue. Et tunc dicimus q primo modo est verum scdm viam Auer. secundo vero modo est falsum. primo modo loquitur hic, secundo mō loquit 3. de anima, & 9. meta. vbi negat foelicitatē consistere in scientijs speculatiuis cōpletiue. [illegible] nam cognitio scientiarum speculatiuarum non est foelicitas [illegible] ad [illegible] quia [illegible] via ad terminū consueuit sumere [illegible] a termino, [illegible] naturae, quia est via in naturam, ita etiam scientia speculatiua est foelicitas, quia est via ad foelicitatem [illegible] foelicitas est primum [illegible] dependens, & natura [illegible] patet [illegible] 12. meta. & tex. & commen. [illegible]

Secunda contradictio est ista. Quia declarans quid ad scientiarum speculatiuarum acquisitionem consequantur [illegible] virtutes morales, ostendit quomodo [illegible] magnanimitas, & inquit q sapiens [illegible] cognouerit paruitatem vitae suae, & perpetuitatem sempiternam, & motum continuum, & q proportio suae vitae ad tempus [illegible] est, sicut puncti ad lineam, vel sicut minimi finitorum ad infinitum [illegible] habet propriam vitam. & parum [illegible] dit q eligit mortem prae vita [illegible] oppositum nos inuenimus ab Arist. in [illegible] corum, cap. 11. vbi habet ipse quanto [illegible] magis omni virtute pollet, quanto [illegible] foelicior est, tanto magis illi mors molesta est. nam huiusmodi vir maxime dignus est vita, & maximis bonis priuatur ipsum sciens. Sed ad hoc soluentes dicimus q Philosophus [illegible] alio casu loquitur et [illegible] alio casu loquit Aue. hic. Nā si cōparentur foelix & miser [illegible] nō [illegible] scientiam, tunc sine dubio foelix magis timebit mortē, quam miser. & ratio est quia plus perdit qn moritur q miser. Auer. autē hoc loquitur in casu, quo sapiens dubitat ne foelicitatem amittat, tunc. n. in illo casu debet praeeligere mortem prae vita. Et hoc expresse sonat verba eius. inquit. n. & propterea cum habet perfectionem humanam, & dubitauerit q a perfectione expolietur, tunc non est mirum si aliquando eligit mortem prae vita. & sic sedatur contradictio. Sed hic est locus dubitationis contra Auer. petat [illegible] dus. Tum, quia malum non habet ratiōnē appetibilis: sicut patet ex primo ethi. cap. [illegible] Bonum ipsum est, quod omnia appetūt, & 3. ethi. malum à nullo appetitur. mors autē malum: ergo, &c. Amplius est contradictio in dictis eius. Quia ipse dicit q sapiens debet eligere mortē, ne expolietur foelicitate. Sed hoc nihil est scdm fatuam opinionem eius de vnitate intellectus. Et videtur esse etiam cōtra Philosophum. 3. ethi. cap. 9. vbi reddens causam, quare mors omnium terribilissimū,

inquit.

inquit. Mors adē maxime omnium rerum est horribilis: quappe cum terminus sit nihilq; amplius homini morteo, neq; bonum, neq; malū esse videat. Et primo rethoco cap. 14. maximum latrocinem non dicemus. ista sunt, quæ tactum dubitationem in hac materia. Et nos solumus proferre in superiori anno in expositione nostra superquatuor primos de physica auscultatione. Pro nunc ut breuiter dicendum puto, quòd sententia Auerro. non consentiens Philosopho ad intellectum latum: immo ipsemet Aristoteles nono rethoricorum capitu. nono expresse tenet quod sapiens appetitu conformi rationi recte debet vitam propriam mutuo exponere c. meta. n. ois eligit opum ob. probus vero menui obtemperat. Verum aūt est qd de probo viro dr, cum amicorum causa, & patriæ multa agere, etiam ti pro ipius mortem oppetenda nam & pecuniam, & honores proijcere, & demum ea bona, quæ in certamen apud homines veniunt: dum quod honestū est, libenter vēdicant. Breui. n. tpe ls tam vehementer magis eligent, q̄ longo tpe uiuere & viuere honeste vno anno, q̄ multis quomodolibet. vnam item actionem bonestam, & magnam, quam multas & parvas. hoc aūt qs fortasse euenit, qui p aliis nocetem obuie consueuerunt. Eligunt n. magnū quoddam honestum tibi ipsis, &c. Et ex istis verbis clare patet solutio ad obiecta. mors enim non est illud, quod primo appetitur, sed bonitas, & honestas actus, quem exercet sapiens in tali casu. Nam, sicut patuit in verbis Philosophi, maximum bonum sapiens sibi tribuit in exercendo illum actum virtutis & hoc bono priuaret se, immo vitiose viueret, si illo actu tunc præter nullo, saluaret suum esse per quandocunq; esse, vnde melius est simpliciter maximum bonum & momentaneum, q̄ remissum bonum virtutis, vel vita vitiosa per magnum tempus. Et ex isto loco colligit de intentione Philosophi eundem ter q̄ bonum cōe sm rationem rectam est magis eligendum, q̄ bonum proprii. quia totum bonum proprium debet homo exponere etiam destructioni simpliciter, si nesciat animam immortalem propter saluationē boni cōis. Sapiens igit in casu isto agit, sicut agit agens naturale, quod primo intendit inductionem formæ generandæ, sed quia forma illa non potest induci nisi ad destructionem præexistentis in materia, secundario, & per accidens intendit corruptionem, sic sapiens, quia non potest in casu, in quo loquit Auer. consequi beatitudinē, & euitare mortem, nisi exponat se morti, morte per accidens, & secundaria intentione præcipit. Ad obiecta autem ex dictis patet iam solutio.

Solutio.

Tertia contradi. est super. 1. cōm. 1 phy. ibi. n. exponit per principium causas agentes & mouentes: per causas aūt exponit fines: & per elementa causas, quæ sunt partes res, & materiam & formam. Huius tñ oppositum inuenimus in dictis eius. 12. meta. cō. 23. vbi habet, q̄ causa dr de ob̄. principii aūt dr de extrinseco, elemētū vero de intrinseco. & subdit. Et ideo dixit in Physicis q̄ dispositio sacietur in duobus arubus habentibus principia, causas, & elementa, quia intendebat per principia causas mouentes, & p causas illud quod est cōmune illis quatuor, & per elementa, ea quæ sunt in re. Cōtradictio igitur est super expositione illius verbi, causa quia hic exponit causam pro finendo vero causam pro cōi ad oia gña causarum. Sed solutio hoc nomen causa sumi Solutio. tur dupliciter, cōiter & proprie. Et primo quidē mō dr de obus. & ita sumpsit Philosophus & Cōm causam, 2. phy. tex. cō. 18. & 19. & etiam. 12. meta. 23. & ita est synonymum cū principio: sicut etiam ipemet Cōm. dicit. 1. phy. cō. 1. inquit. n. q̄, cū hoc nomen principium, & causa vtitantur cōiter, sunt nomina synonyma. et sic sumpsit etiam causam Philosophus. 5 meta. ad principium. Alio modo sumitur causa proprie. & sic distinguit contra principium, & etiam contra elementum, causa. n. proprie sumpta vertitur solū de fine. Et huius ratio est, quia causalitas finis est simpliciter in causata, intra illud Philosophi 2. phy finis est causa causarum: principium aūt proprie sumptū dr de causa agēte & mouente. Et huius ratio est, quia. 5. meta. tex. cō. 1. de rōne principij est primū esse, & quia causa agens sm esse precedit alias causas, licet causa finalis præcedat quantū ad causalitatem, ideo hoc nomen principiū appropriatur causæ efficienti alia. n. est ratio causarum quantum ad esse, & alia quātum ad causalitatem, sicut late disputauimus superiori anno. 2. phy. Elementum vero proprie sumptum dr de causis intrinsecis, f. de materia & forma, & ratio est, quia vt dr. 5 meta. tex. cō. 4. elementum est ex quo ht aliquid primum in existente inclusibili sm speciem. Et comparando adhuc materiam ad formam, magis proprie elementum dr de materia q̄ de forma, sicut scribit Commen. cō. 4. 5. meta. & ratio est ista. quia magis proprie definitio elementi

:phvsico. com. 1.

comperit materiæ, quia non comperitur forma: materia enim hic describitur 1 physico 18. materia est, ex quo fit aliquid cum inest forma vero ibi describitur per hoc quod est id ad quod ipsius quod erat esse. Et hic solutio illa quantum ad rem satisfacit, licet tu videas tamen quantum ad verba non videatur satisfacere Auer. quia eandem propositionem hic exponitam aliter exponit hic, & aliter ibi. Sed ad hoc dicimus, q; forte peccauit per obliuionem, dum dixit q; in Phylicis per causas intellexit illud, quod est cõe omnibus. Aut aliter q;. 1. phy. qñ ipse exponit per causas finem, locutus fuit ꝑm sententiam. Alex. sicut dicit ipsemet hic inquit. n. & hic exponit ipse Alex. vt mihi videtur in 1. meta. 3 1. cõ. hic exponat illam eandem propositionem, quæ ponitur in ter 1 phyli dū exponat causam pro cõi ad omnes causas, dico q; locutus est ꝑm proprium sententiam. Aut tertio, & magis iuxta realem solutionē prius datam in illo loco, dico Auer videri verbum aliter exponit hic, & aliter in 1. metaphysicæ, vt offendet et nobis distinctionem huius. verbi causa, q; videlicet quandoque potest sumi cõiter, & quoq; proprie. & dum cõiter accipitur, pōt sumi pro omni causa, qñ vero sumitur proprie, dicitur solū de hac 1 causa dicit q; causam hic sumpsit proprie cum vero in 1. meta 11 sumpsit cõiter.

2. physico. com. 2. Quarta contrad. super cõ. est. Quia hic dicit q; Metaphysica cõsiderat tria genera causarum, f. mouentem, formalem & finalē. Hanc th. oppositā inuenimus ab illo. 1. meta. cõ. 6 vbi dicit Metaphysicum cõsiderare omnia genera causarū. Similiter. 3. meta. cõm. 1 & 11. meta cõ. 6 dicit Metaphysicū duo genera causarū cõsiderare, f. formam. & finem. Sed ad hoc solentes dicimus q;, referi apud me plurimum dicere aliquē artificem cõsyderare quatuor genera causarū, & ipsum cõsiderare quatuor prima genera causarū. Similiter refert aliquē artificē cõsyderare oēs causas sub rōnibus vltibus, & eandem cõsyderare eisdem sub rationibus propriis. Et tunc dico q;, cum in omni genere causæ sit deuenire ad vnū primum in illo genere, sicut probat Philosophus 11. meta. dico q; duo prima genera causarum cõsyderat Metaphysicus & duo prima cõsyderat Naturalis prima. n. forma & primus finis à Metaphysico cõsyderantur, sicut scribit Cõmen. 1 meta. cõ. 1 & 11. meta. cõ. 6. Et huius ratio est, quia ratio primæ formæ, quatenus primo est, & ratio primi finis, quatenus primus finis est, abstrahit à motu, & transmutatione, sicut colligitur ex intentione Aristotelis primo metaphysicæ cõmen. quinto. & nono. prima aut materia, à primum mouens cõsyderatur à Naturali, quia ratio primæ materiæ, & primi mouentis est ratio cõcernens, vt hic, motum, & transmutationem. Dicetur aut igitur tibi hæreditatem illæ duæ scientiæ, Naturalis, scilicet, & Diuina, & ex quatuor primis causis duas primas causas vendicauit tibi Naturalis, & duas primas appropriauit sibi Diuina. Vltimo dico, quod Diuina omnes causas cõsyderat sub rationibus vniuersalibus, & transcendentium. Nam materia prima, de qua minus videtur sub ratione qua substantia, & sub ratione, qua ens, seu potentia a Diuino cõsyderatur, sicut patet. 7. meta cõ. 2 & 3. cõ. 21 & 12. meta. cõ. 4 & alibi frequenter. materia tamen sub ratione primæ materiæ tantum a Naturali, vt. f. est primum subiectum transmutationis, est quo aliquid hic vt nunc fieri dicitur patet. 7 meta cõ. 2 ita etiam dicendum est mō mouente, q; sub rōne qua ens & substantia seu actus, a Metaphysico cõsyderatur. sed sub rōne, qua mouens a Naturali cõsyderatur quodlibet genꝰ causæ sub rōnibus vltibus à Diuino cõsyderatur. Et hoc forte intendebat Auer. 1 meta cõ. 6 vbi forte. videtur dicere, quod Metaphysicus cõsyderando vltimum eo, q; sunt causæ, est hoc tantum Diuinum cõsyderare, vltimas causas sub rationibus vltibus, videlicet sicut est ratio causæ, ratio actus & potentiæ, ratio ens, ratio substantiæ, & huiusmodi, sub illis rationibus omnes causæ à Diuino cõsyderantur. et omnes etiam causæ cõsyderantur a Naturali, vt quilibet dat esse, per motum, non videtur esse, absolute sicut etiam subtilis Scotus, Declarat. 12. sua metaq. quæstio. & Albertus Magnus super 2 phy. super tex. 2 Sed quo Diuinus tria genera causarum cõsyderat. Ad hoc dicit Burle⁹ in præsenti loco q; hoc est quatenus ad illa partem, quæ cõsyderat de abstractis subsistentibus, in quibus non est materia. Sed ista solutio cõtrauenit a Modernis molestiari, quia à pari Naturalis in. 8. phy. vbi agit de primo motore, quæ est à materia separata, diceretur abstrahere a materia. Et propter hoc aliter alii respondet, & dicunt q; Metaphysicus solū tres causas consyderat, vt causæ sunt, f. forma, finis, & efficiens, nā hæ cõe sunt abstractæ, & materialibus, ideo solū illis cõsyderat sub rōnibus tantum, quę est vna de dnis entis Diuinus, non consy-

consyderat abstracta à materia & à motu, vel per effentiam, vel saltem per rationem, si cui est sententia Auic. in. 1. tract. Meta. cap. 2. Sed illa opinio non vide stare. primo quidem ad illam contra Burleu. dico q̄ non cognitio quia Diuinus quidditatiue consyderat abstracta a materia & ideo in prima parte, in qua Diuinus agit de abstractis subsistentibus, recte poterit dici q̄ in illa parte abstrahit a materia. Naturalis aut in illa parte, in qua agit de abstractis, non de agere de eis, nisi quantū ad id est, non quantū ad quod est. vbi quantū ad ea, que quidditatiue à Naturali consyderant, dico q̄ in eis reperit ratio materię vt habitudo essentialis ad materiam. sumo autem materiam hic analogicè, sicut nostis ex via Auer. Et propter hoc dixit Cōmen. in 1. phy. cō. 70. q̄ oportet Naturalē dare in rebus opinionē de causis, quia in scientia Naturali apparet materia, & in quo est materia, sunt de causis. antiqui ergo aliquasi de propositione materia abstrahere quantum ad consyderata quidditatiue ab eo, nō quantū ad ea quę sunt quantū ad si est consyderat sciatū in speculatiua ut distinctio est penes quidditatiue consyderationē, & non penes simplicē intentionē consyderatorū: sicut patet ex sententia Philosophi. 6. met. te. cō. 1. &. 2. phy. te. cō. 16. vbi ponit terminus physicę cōsyderationis quicquid igit sit de rationē Burlei in se dico q̄ instantia Modernorū non cogit contra illam. Peccat aut̄ ū responsio Modernorum in eo, quod dicunt, q̄ Diuinus consyderat solum tres causas, vt causę sunt: nō aut̄ materiam Diuinus consyderat. vt causa est, sed solū vt potentia. Sed ista ratio est purus error. Nā Cōm. 2. meta. cō. 6. dicit q̄ consyderatio vtilis in omnibus causis, in eo q̄ causę sunt, est bonus scientię, s. Diuinę. ecce q̄ dicit in omnib⁹ causis, & non in tribus. Nec obstat dictū ipsorū, q̄ quia materia non est cōis materialibus, & abstractis, ideo non consyderat à Diuino sub ratione, qua causa, quia tunc, eū ratio lapidis non sit ratio cōis abstractis & materialibus, sequeretur q̄ lapis nō posset à Diuino consyderari sub ratione qua ens, vel sub ratione qua causatum est absolute quod est contra Philosophū in prohœmio meta. & 4. meta. te cō 1. & 6. meta. ad principiū, qui vult q̄ Diuinus consyderat ens inquantū ens, & ō a inquisitū entia, & vt contingit. Licet igit ratio materię consyderatę non sit cōis abstractis & materialib⁹ qa eti rō causę, quę est rō, sub qua materia consyderat, est cōmunior ens ad materialia & abstracta, iuxta illud Auer. in meta. cō. 29. in substantia materia inuenitur causę, quę per similitudinem dicunt causę cum causis generabilibus & corruptibilib⁹. & eandem sententiam habet ibidē cō. 44. &. 4. cœli. cō. 1. &. 2. de generatione. cō. 51. propter hoc d cō q̄ materia a Diuino est consyderatur, vt causa. Vnde propositio ista materia est causa, est diuinę consyderationis. Item ista, materia est ens in potentia. sicut ens potentia & actus sunt de dñis entis, ita causa & causatū. & licet materia in suo genere non sit, per transmutationē causalitatē habeat supra cōpositum, prout ēt est rō causandi fm naturā, q̄ rō motus, & trāsmutationis. & ideo in illo priori ad Diuinū spectat. Abiectis igitur aliorū solutionibus, dico q̄ Diuinus debet ens genera causarū consyderare propriè, pro quāto forma & finis, & efficiens idem sunt subiecto, & sola ratione distinguunt. 12. meta. cō. 6. &. quia materia prima nō conuenit cū aliquo istorum, ideo materia Diuinus nō consyderat, nisi sub rationibus transcendētibus. Et breuiter concordia in omnibus dictis Auerr. consistit in hoc puncto, vt dicamus Diuinum sub rationib⁹ cōibus oēs causas cōsyderare. sub rōnibus transcēdentibus tres tm pro quanto in vnū subiecto conueniunt. vt vero à pparat Naturali Diuinus quo ad quatuor prima genera causarū. sic appropriate Naturalis duo prima consyderat, s. materia primā & primū mouens, sicut patet. 12. meta. cō. 6. ēt sententia Alex. primus autem finis, & prima forma à Diuino appropriate consyderantur. Et hoc est, quod elegāter dixit Auer in. 7. meta. cō. 5. vbi dicit, q̄ prima diuisio, fm quā diuidit ens, est in substantiam & accidens. Et ista quæstio differt ab illa, quæ est in scientia Naturali, qm̄ ista quæstio inducit ad sciendum primam formā omnium entium, & vltimam finem. & prima quæstio, quam incepit in scientia Naturali, inducit ad sciendum primam materiā, & formas naturales, & primum motorem. Et hanc eandē sententiam scribit Cō. 1. phy. in suo prœmio. vbi dicit q̄ Naturalis habet cognoscere causas primas, fm q̄ possibile est scire in hac scientia, sicut materia primā, & mouens primū: forma aūt prima & primus finis à Metaphysico consyderat. Ista n. sacet vera littera in antiquissimo codice manu scripto, & sic caltigaui. Et cōcordat hoc Auer. 1. meta. cō. 3. vbi dicit. scię cordat hoc Auer. 1. meta. cō. 3. vbi dicit. scię tia Naturalis consyderat de duabus primis causis. s. motore & materia: ista aūt de duabus vltimis, s. forma & fine. Nouā igit̄ bene

istam solutionē, quia nullus auer non vidit verisimē in hac materia, sicut videre potest.

1. physico 100. 1. 1 Quinta contradictio est in eodem cō. 1. ibi. n. in expositione probationum maioris per primā principia exponit primum agens, & virtutem habens omnium rerum ei quo vidente q̄ virtutem suam omnium rerum à Naturali consyderetur. Non autem inconuenit oppositum huius. 7. meta cōm. 1 & 2. meta. cō 6 vbi dicit vir mem suam omnium rerum à Diuino consyderari. Sed ad hoc soluetur dicendum q̄. Naturalis consyderat virtutem suam omnē rerum naturalium. Diuinē aūt consyderat virtutem suam omnium rerum tempit, & absolute: hoc in tamen d. est Commentator q̄ de principijs subiectum ne quaestionis subiectum est, consyderat Deum. de principijs autem subiectum scientiabilis quaestionis scibile est, consyderat Naturalis. 2. met. principio. 3. & 6. commentum.

Solutio.

1. physico cum. 4. Sexta contradictio est in tex. cō 4. Quia vbi Philosophus & Cōm. volunt q̄ ab vltimis ad particularia sit in scientia procedendū. Hoc cū oppositū inuenimus ab ipsius in. 2. posterior. cōm. 21. vbi dicit, q̄ facilius est singulare dehinc q̄ vle. vnde oportet in singularibus in vltā ascendere, absque demonstrationem in eius magis in vltimis, q̄ in differentibus specie. Responderetur q̄ nulla est contradictio. Nam Philosophus hic loquitur de ordine doctrinæ, qui ordo non est aliquod genus demonstrationis, sicut dixerūt vulgares, sed est respectus quidam vnus prius & posterius, qui fundatur in scibilibus scitatis. & de illo respectu loquitur est Philosophus vbi, & Cōmen. q̄ dicit, q̄ ex vltimis ordine doctrinæ ad particularia, i. ad nostras vsuerlalia scibilia debet ordo scientiæ Naturalis assendi. Sed in posterioribus locutus fuit de declaratione, quæ manifestari habet per viam diuisionis, & compositionis, & resolutionis, sicut dicit Commentator. in illo loco, & dicit, q̄ facilius est dehinc (per se) quæ singularibus est communia & proxima, q̄ genus q̄ est communia speciebus propter latitudinem aequiuocationum existentem in ipso genere. Quæ etiam patet. 7. phy. tex. cō 31.

1. physico tex. 4. Septima contradictio est etiam inter tex. 4. Dicit Philosophus compositum est notius apud sensum. vbi Commen. exponit indubitanter demonstratum. Sed videtur contradictio, quia licet etiam Arist. hoc asserat in textu, dum dicit totum enim notius est apud sensum. & 1. de anima tex. cōm. 60. scientia est vniuersalium, & sensus est singularium, eorum oppositum legitur apud Arist. in. 1. poster. in fine in illo cap. De primis cognitis nostris, vbi dicit q̄ sensus est vniuersalis. Et confirmatur per rationem demonstratam, quam mouit Themistius ibidem & Cōmen eandem rationem adducit in. 2. de anima in tex. cō. 65 quia. si sensus esset circa singularia tanquam obiecta adæquata nunc sequeretur q̄ sensus non posset iudicare nisi aliud, vt in respectu vnius aliquis color demonstratus esset obiectum adæquatum, accederet nullum aliud coloratum esse visibilem a vsu priuare illum demonstratum. qd est absurdum. Et propter hoc Arist. in tu, ra anima. dubitaret an hoc, quod modo dicimus quæ, sensus est homo, nō caliter homo. Ad formam igitur contradictionis dicit q̄ in. 2. de anima. & eo am hic Arist. consyderat sensum, vt est in actu secundo, & tunc est verū q̄ id, qd sentit, est singulare. in ratio obiectalis ipsius sensus materialis est natura cōis. & ideo dicit q̄ sensus est vle. inest sentire in singularis. Sed nunc est difficultas, quo est differentia inter sensum & intellectum, si vtrumque obiectū est vle. Nisi esset q̄ obiectum intellectus est vle in actu, quia est ipsa natura cōmunis abstracta ab hac, & nunc, & vle ab omnibus appendentijs materiæ virtute intellectus agentis, cuius operatio est transferre res de ordine in ordinem. & facere de poetia intellectu actu intellecta. 3. de anima cō. 18. sed obiectū virtutis sentiendi est natura communis singularis, & appendentijs materiæ. Et ideo dicit Cō. 12. meta. cō. 14. q̄ cōmunitas, quæ intelligit in formis communibus extra animā est in potentia. Est enim alia dicta inter intellectū & sensum, vt dicit Themi. quia intellectus primo intelligit vle, & subinde intelligit singulare. 3. de anima tex. cō. 9. sed sensus primo sentit singulare, & subinde sentit vle. nam, qui videt hoc rubicundum, dicitur etiā rubicundum videre, & qui videt hunc hominem, dicitur etiam hominem videre.

1. physico cōm. 2. Octava contradictio est in cō. 17. vbi habet q̄ totum nobis aliud est, quam sunt partes. Huius cū oppositum inuenimus. 7. meta. tex. cō. vlt. & alibi frequenter. Ista contradictio est satis difficilis, omnes tā Auerroistæ currunt eodem cursu dicentes de inseritione eius fuisse totū nobis aliud esse, quam sunt partes simul sumptas. Et pro hoc facit authoritas Auer. 7. meta. commen. 10. vbi habet q̄ Socrates nobis aliud est quām animalitas, & rōnalitas. & infra ibidē cō. 44. dicit q̄ in individuo nō est nisi materia & forma,

Antequam sit aliquid unum per se

forma ex quibus componit & Philosophus. 2. de anima tex. cō. 10 dicit q, ut pupilla visus oculus est, sic anima & corpus animal. Dicit insuper q totum est aliud à suis partibus diuisim sumptis. Et primo modo dicunt Auer. locutum fuisse hic. secūdo vero modo locutus est 7. meta. cō. vlti. & in aliis locis, ubi videtur oppositum sentire. Et istā sententiam etiam imposuit Auer. subtilis Doctor in 4. sententiarum distinctione 11. quæstione 2. Nobis autem videtur q nō sit ista verum de intentione Auer. hoc. manifestum est enim, si totū quodlibet nil aliud esset quam suæ partes simul sumptæ, tunc mistū ex quatuor elementis nil aliud esset, q quatuor elementa simul sumpta. & sic non haberet aliquam formam superadditā formis elemētorū, per quā esset hoc aliquid & vnū ens, qd est contra Arist. in fine primi de generatione, & cōtra Auer. 2. cæli. cō. 67 & 7. meta. cō. 60. dicit q caro non est terra & ignis, ex quibus componitur, sed est aliquid aliud additum. Et eandem sententiam habet. 1. de anima cō. 77. & 1. de generatione 84. & 1. meta. cō. 12. Nec valet dicere ad hoc, sicut quidā dicunt q elementa non sunt partes misti, quia quælibet pars misti mista est nam elementa sm Auer. formaliter sunt in misto, & sunt partes materiales eius. Amplius Cōmen. 3. de anima cōm. 5. in solutione secundæ quæstionis principalis dicit, q ex intellectu & intelligibili fit verius vnū q ex materia & forma & reddens causam sui dicti subdit quod. n. componitur ex eis, non est aliquod tertium aliud ab eis, sicut est de aliis compositis ex materia & forma. ecce q vult expresse compositum dicere tertiam entitatem distinctam à partibus etiam simul sumptis. nam, si sic non intelligeret dictū suū, non esset ad propositū. Amplius Cōm. 5. meta. cō. 6. in fine commenti dicit q in compositis est natura addita naturæ componentiū, s. illud, quod fit ex cōpositione. quid clarius? Amplius Commen. 7. meta cō. 27. habet q generatum componitur ex materia & forma, & est aliud ab eis. ecce quod dicit q est aliud. & hoc nō dixisset, si tenuisset compositum non superaddere aliquam naturam partibus componētibus. Amplius ibidem cōmen. 27. dicit. in natura hac, s. singulari sunt tria, materia, forma, & aliquid quasi mediū, i. mistum inter materiā & formam, ecce quō ponit tertiam entitatem. Amplius Philosophus. 2. de anima, & Commentator diuidunt substantiā, tex. commen. 2. & 8. meta. tex. cōm. 3. & 12. meta. te. cō. 14. in tres, s. in materiā, formā, & compositum & dicunt q substantiarum quædam est materia. quæ nō est per se hoc. & quædam est forma, per quam res est hoc. est autem tertia, & est illud, quod fit ex ambobus. ecce q volunt substantiam compositam esse vnam tertiā substantiam, aliam ab ambobus. si autem substantia composita non esset nisi materia & forma simul, tunc proprie non diceretur substantia tertia, sed essent duæ substantiæ simul: quod est contra oēm Philosophiam. Amplius Cō. 1. phy cōm. 4. comparans materiā, formā, & compositum adinuicem, dicit composito igitur est dignius habere hoc nomen substātia, q materia: quia est in actu, & materia est in potentia. & forma est dignior habere hoc nomen substātia, q compositum: qm per illam compositū est in actu. & causa rei est dignior causato. patet autē q inter causam & causatū cadit realis distinctio sm principia omni Philosophorum & Theologorum nullus. n. intellā capere pōt. q aliquid seipsum causet, sicut colligitur ex intētione Philosophi, 2. de aīa te. cō. 47. & ex intētione diui Augu. in. 1. de trinitate. Vnde, si substantia composita nil aliud esset q materia & forma simul sumptæ, accideret formam esse suimet causam, & ita etiā de materia. Et confirmatur. certū est q materia, & forma sunt duæ causæ reales intrinsecæ ipsius compositi. vel igitur causant aliquid reale, vel nihil si nihil pro nihilo habeatur. si aliquid. illud vel est aliquod absolutū vel aliquod respectiuum. & si absolutum, vel erit substantia, vel accidens. non potest dici, qd sit accidens, quia tunc generatio substantialis non distingueretur ab accidentali. si igitur sit substantia, tunc vel est substantia formæ. & hoc non, quia forma non est causa interna & hoc non, quia forma non est causa effecta formæ, nec etiam materia est causa essentialis intrinseca formæ. vel est materia. & hoc non, propter eandem rationem. ergo oportet q ista substantia sit quedā substantia tertia alia à substantia formæ & materiæ. Nec valet responsio chimerica, quæ cōsueuit dari q causalitas materiæ, & formæ terminatur nō ad formā absolute, nec ad materiā absolute, sed ad materiam & formam simul. Sed contra. simultas ista est relatio, modo relatio non potest esse primus, & per se terminus generationis substantialis. Amplius, licet sit conditio necessaria ad illā. Amplius sequetur aliquid causare seipsum, quia forma cū materia erit causa formæ cū materia si. n. cōpositū no dicit nisi formā cum materia,

materia.cum sit verū dicere formā cē materia cauſare cōpoſitū, inconueniēs ſequit̄, ſi cui vides idem cauſare ſeptiū. Amplꝰ cū mot⁹,& o s mutatio p te vna debeāt ee per ſe vnū terminū. ſi ignatio igit̄ eſt p te vna, mutatio ergo habet per ſe vnū terminū. Sed aūt cōpoſitū quod eſt terminus per ſe ꝑ generationē ꝛ meta 16 &. 17 &. 41.cō. nil aliud eſſet niſi tres partes ſimul ſumpte,tunc ibi nō eſſet aliq̄d p ſe vnū,ſed duo materia n. & forma ſimul ſumpta nō ſunt vna ſubſtātia,ſed ſunt duæ ſubſtātiæ. Et cōfirmaſ Cōs, qđ per accidens dr ghari, eſt tūc aliquid, qđ per ſe gnatur ſed tam materia q̄ forma per accidens dicunt ghari. 7. meta. cō allegatū ergo vtra materiam & formam eſt aliqua ſubſtantia,quæ ipſe generatur & iſta non eſt niſi ſubſtantia cōpoſita. Nec valet ſi dicas q̄ materia & forma ſimul,eſt aliud quod per ſe gnatur.quia vt ſupra dictū fuit, tunc cū tangeret rep̄ctū aliquē eſſe primū & per ſe terminum ghationis ſubſtantialis: quod nullus ſanꝰ capiſus concedet. Nec valet ſi dicatur,vt quidam imperiti dicunt,q̄ partes dantiue cauſant ſuum totum, & vt hic non ſunt ſuum totū partes vero collectiue non cauſant ſuum totū, & hæ ſunt ſuum totū. Sed iſtud dictum eſt adeo fatuum, q̄ forte eſſet magis fatuū ipſum improbare. Ariſt. 8. meta in tex cō. 11. oſtendit ideo ex forma & materia heri vnum per ſe,quia aliud poterat, illud vero actus. nunquā n. reperiuntur ab Ariſt. nec ab aliquo Peripatetico q̄ materia ſit cauſa cōpoſiti ſine forma, vel forma ſine materia,ſed ſemper inueniemus materia & formā ſimul cauſas eſſe cōpoſiti. vñ Albertus cognomento Magnus ſuper 2.7. tex. 2. phy. dicit expreſſe materiam eſſe cauſam compoſiti, vt eſt forma ſubſtātia: licet enim eſt cognationis principiū, vt ſtat ſub forma. Et Auer. 8. phy. cō. 4. expreſſe habet q̄ impoſſe eſt aliquod generari à materia, vt intelligāt nuda a forma ſtat igitur argumentū ſuperius factum, q̄ ſi cōpoſitum eſſet aliud q̄ forma & materia ſimul, cum materia & forma ſimul tint cauſæ compoſiti, tunc idē eſſet cauſa ſuimet & eodē modo quod eſt inconueniens impoſſibile. Amplius Cōm. expreſſe cōtra hoc eſt ſibi, & Ariſt. 8. meta. tex. cō. 15. vbi ponit cōpoſitum per ſe habere materiā vnitate q̄ compoſitum per aggregationem. quod non eſſet verū, ſi cōpoſitum ſubſtantiale nihil aliud eſſet,q̄ ſuæ partes ſimul ſumptæ. quia ita eſſet de cōpoſito per aggregationem. vnde Cōm. cō. vlti. 7. meta. hanc ponit differentiam inter compoſita per ſe. & compoſita per cōtactum. quia in cōpoſitis per contactum non ſit vnum niſi per contactum, ſed in compoſitis per ſe ex partibus componentibus in mul congregatis fit vnum additum aliud componentibus. Et ideo non poſſum dicere quo illi ſuperſtitioſi tertius ſuiſſe tes imponant iſtam poſitionem manifeſti errorꝭ ipſi Auer. cum tamen ipſi ſe emendatos in via eius opinentur. Ad auctoritates omnes Auer. in oppoſitum, q̄ videntur ſonare eorum nihil aliud eſſe niſi ſuæ partes ſimul ſumptæ,reſpondetur q̄ hoc eſt vere rum conſtantiue & integraliter. quia nihil aliud intrinſece per ſe concurrit ad totum conſtituendum, q̄ ſuæ partes ſimul ſumptæ. cum hoc tamen ſtat q̄ entitas totius ſit alia ab entitate partium eſſum ſimul ſumptarum. Aut aliter. non eſt totū aliud a partibus ſimul ſumptis, verum eſt aliud diſtinctum loco & ſubiecto bene tamen eſt aliud ſm rem ipſam.

Nona concluſio. eſt in cōmē. cō. ſi ſic enim eſt ſententia Auer. videtur colligi, q̄ quodlibet ens indiuiſibile ſit in predicamentis & in habitus intellectuales, cum in indiuiſibili conſiſtam .non videntur eſſe in predicamēto. Cuius tamen oppoſitum inuenimus in predicamentis ab Ariſto cap. de Qualitate, & alibi. Nec eſſet q̄ via Auer. eſt ipſa, ſicut Solutio. patet ab ipſo ſuper Porphyrio, capitulo de Specie,&c. 2. conſi. commen 4 9. quod ſolum materialia & corruptibilia ſunt in predicamento. Et ideo ipſe poſuit genus generum predicamentū ſubſtantiæ non eſſe ſubſtantiam,ſed corpus compoſitum ex materia, & forma. vnde Deus & intelligentiæ nō ſunt in predicamento. & ratio huc datur hic in cōm. 18. primi phy q̄ omne, quod eſt in aliquo decem prædicamentorū, eſt diuiſibile, aut per ſe. aut per accidens. de habitibus autem intellectualibus exiſtentibus in noſtro intellectu dicendum puto in via eius q̄, ſi conſyderentur ratione phantaſmatum, cū quibꝰ ſunt colligati, ſicut patet. 3. de anima cō. 30.& 39. tic tales habet ſpectare ad prædicamentum qualitatis. quia vt hic continuo & tempori inhærunt, iuxta illud Philoſophi. 2. &. 3. de anima. noſtrum intelligere hic eum continuo & tempore. Si aūt habitus intellectuales conſyderentur, vt ſunt in intellectu poſſibili, vt ſic conſtituunt in indiuiſibili. & vt ſic non ſpectant ad aliquod prædicamentum ſecundum viam eius. Et eo iſtam diſtinctionem ex cōmen. 3. rerū de anima in ſolutione primæ quæſtionis.

Et,

Et. si tu habes subtiliorem modum, dicas illum: quia facile est inuentes addere.

Decima contradi. est in tex cō 24. Quia ibi dicitur aliquid moueri posse fm partes, toto remanente immobili. Huius th oppositum inuenimus. 4 phy. cōmen. 44. contra Themistium, si intelligatur dictum istud de omnibus partibus: quia secundū ipsum totum nihil aliud. est q̄ fuit partes manere loquendo de toto integrali. Si autem intelligatur dictum suum de vna parte, restat hoc videtur falsum esse. quia. 5. meta. tex. cō. 8. mota vna parte continui totum mouetur. Ad hoc dici potest q̄ dictum Philosophi. & Cōmentatoris verificari potest hac, vt dicamus q̄ partibus totius motus secundum materiam stat, totum immobile esse, secundū materiam sicut declarat Comen. 6. phy cō. 8. circ. quando. 4. phy. cō. 44. negat hoc dicto q̄ non habet illud pro inconuenien de motu secundum materiam tantum, sed de motu tam secundum formā, q̄ fm materiam. Aut aliter, & magis iuxta literam tedari potest ista controuersia, vt dicamus Auer. contra Them. 4. phy. 44. locutum fuisse de omnibus partibus, hic vero de vna parte tantū. Et hoc consonat literę dicenti, sicut. n. pars vna, &c. Alij autem dixerunt. 4. phy. Auer. locutum fuisse de motu locali puro: hic vero de mota indifferenter ad purum & non purum. Et multi formauerunt casus de rarefactione & condensatione, in quibus ostenditur manifeste totū non mutare locum qualibet parte mota. vt si aer rarefiat secundum vnam medietatē versus aliam medietatem, sed alia medietas tantum condensetur, vltima superficie remanente immobile, quamuis prima rarefiat, tunc totus aer non mutat locum, & tamē quelibet pars moueretur. nec in tali motu oportet quicquid est illius moueri, vltima. n. superficies est immobilis. Similiter format alios casus, in quo aliquid moueretur aliquo eius quiescente. sicut si vna pars moueretur rarefaciendo versus vnum extremū, & alia versus aliud, tunc superficies media remaneret immobilis, quia non magis haberet moueri ad vnam partem quam ad aliam. haec & alia dici consueuerunt, quae gratia brevitatis omittimus, alibi diffusius pertractanda dommodo concedenda.

Vndecima contradi. est in eodē cō. 24. Quia ibi dicit. q. opinio dicens omnia esse vnum in substantia non potest verificari, nisi fm illud, ex quo generat, s. materia. q̄ adē entia sint vnum in forma impossibile est opinari videt velle ois entia materialia eductae posse in eadē materia. Huius th oppositum inuenimus in. 8. phy. cō. 46. vbi ex diuersitate materiarum infert diuersitatem formarū contra Auer. Nisi esset q̄ materia est duplex, remota & propinqua. materia remota est vna omnia indifferentia & primaeua 12. meta cō. 14. sed materiae propinquae sunt plures, & sunt distinctę fm formarū numerū & distinctione & hoc tenet expresse Philosophus. 8 meta. te cōm. 11. de materia igit remota dicit Auer. hic habet locum: de materia aūt propinqua verificat dictū suum in 8. phy. Et ex isto commento potest colligere q̄ distinctionis prima radix est ipsa formalitas illud Philosophi. 7. met. 49. actus separat & distinguit & ideo distinctio ea formę entiū est manifestior q̄ in eorū materijs. Et ideo dicit. Auer. in fine libri cōmenti. 14. q̄ adē entia sint vnum in forma, impossibile est opinari. homo. n. manifestū est q̄ est alius ab equo in forma.

Solutio.

Solutio.

Tertia conclusio. Tertia conclusio est in text. 69. Aristo. n. & Cõm. asserunt materiam esse ens in se, & Cõm. asserit in cõm. 9. non posse intelligi per se. Sed obiectum per text. 14. decimi primae philosophiae, vis scribere 9. materia negatione cognoscitur. Amplius si verum esset q materia per se intelligi non posset, sed intelligi esse in comparatione, sequeretur q materia esset per se in capitulo relationis, quod abhorret Aristo locans ipsam in praedicamento subditineum, vt patet in. 2. de anima. text. Cõmen. 2. & tunc relatio esset in subditineum materiae: quod etiam ipse Cõm. abhorret in 1. phy cõm. 70 & in. 1. cap. de subditineum ordine. Deinde non quod duplex est cognitio materiae. Una est, quam vendimur ex nostra prima cognitione naturali. & ista est prima quo ad nos, & pertinet ad naturalem. & de hac verum est q cognoscitur semper per analogiam, & comparationem ad formã, aut ad habens formam & sic intelligitur sermo eius hic. & sic materia dicitur relative ad formam, vt à Naturali concipitur. Et propter hoc Aristote. in 1. phy. text. Cõm. 16. dixit q materia dicitur relative ad formã. Alia est cognitio à priori de materia. & ista pertinet ad Dunsium. vnde. cùm scientia Dunsi ordine doctrinae sit vltima, vt asserit Cõmen. in. 7. me ta. cõmẽt. 39. & Auicen. in principio suae primae Philosophiae, postquã Dunsus praesupposuit esse materiae insertis garum per transmutationem substantiali ab ipso naturali, vt vult Cõm. 1. phy. cõ. vlti. contra Auer. deinde ipse cognoscit ipsam per negationem, & cognoscit ipsam a priori inquantum ens, & inquantã substantia, immo enti inquantũ ens in potentia, quia potentia & actus sunt de differentijs entis. Et ista est sententia lucidissimi Themistij in 3. phy. in digressione de positu & privatione materiae. & est sententia Alex. quam est infrascriptus diffuse Cõm. in 1. primae philosophiae in cõmen. 14.

Solutio.

Tertia conclusio secunda cõradi est in cõ. 6. primi phy. ubi n dicit q primũ principium in hoc genere nõ potuit scire in hac forma: hoc primum subiectũ, per primũ adiectum quod intelligit primã formam, quae Deus est. Huius th opposituin reperit cõ. vlti in hoc 1. & cõ. 5. 6. phy si vis habes contra Auic. haec verba. Et quod exaltamus nos Aut. q Dunsus debet demonstrare primum principiũ esse est falsum. Et accedit ad hoc q primũ subiectum fuit scitum in scientia Naturali demonstratione signi: sed subditineum separatum ipsum, & per consequens prima forma, quae est primũ principiũ in scientia Naturali, demonstrantur demonstratione signi. ergo primum principiũ potest scitum in hac scientia, sicut potest scitum primum subiectũ. cuius oppositum ipse dicit. Et ad hoc aliqui de nouo incipientes philosophari dicerunt de inuentione Auerr. Metaphysicum posse demonstrare subditineum separatum esse demonstratione signi sed dixerunt q aliquo modo q tu meorum naturale. Naturalis demonstratione signi in. 8. phy. probat primum motorem esse sed Dunsus in. 12. meta. demonstrat primam formam esse, quae est idem re cum primo motore. Et confirmant hoc authoritate Cõm. 12. meta. cõ. 3. &. 6. &. 3 meta cõ. 3 Sed istud est dictum eorum, & nullo modo potest stare quod dicit. Et ratio est ista, quia sm Auer. 1 phy. cõ. vlti. & 2. phy cõm. 22. &. 24. nulla scientia, siue vniuersalis fuerit, siue particularis, demonstrat suum subiectum esse aliquo genere demonstrationis. Et ratio est, quia vt ipse dicit subiectũ in qualibet scientia supponitur tanquam notum vel quia ipsum ille se est notũ vel quia assumit ex alia scientia tanquam notum. tunc sic, prima forma. vt prima forma, est subiectum in Metaphysica, modo loquendo Auer. de subiecto, siue sit adaequatum siue principalior pars subiectus: ergo primam formam esse, vt sit dictum non potest demonstrare. Et ideo aliter nobis videtur esse dicere, repetendo ea, q diximus à principio q de duabus prima causis considerat Naturalis, s. de primo motore, & de prima materia. de prima aut forma. & de primo fine considerat Dunsus. Nam vt scribit Cõm. 7. meta. cõ. 9. in Naturali philosophia potuit cognosci prima materia. non aũt prima forma. & ratio est ista, quia ex transmutatione substantiali, quae est

est actio materiæ, vt ipse dicit, materia omnium materialium scire possit, vtpote ex medio communi, in quo omnia ista inferiora communicant participatione materiæ, sed formæ rerum naturalium, quæ plures sunt, & non habent vnam actionem communem, ideo non possit Naturalis ex actionibus formarum in scientia Naturali demittere primã formã esse, cõsyderando actionem formæ, inducti ad primã formã, est cõsyderatio de forma, vt est subiecta. Naturalis autem non sic consyderat. Et forte ista verba male intellecta fuerunt causa illius opinionis adductæ. Sed aduerte quod Dominus bene declarat primum principium, quòd sit forma & finis omnium entium: tamen hoc est, postquam accepit pro constanti a Naturali Philosopho, q̃ motus æternam substantiã est ab substãtia à materia. Diuinũ eum tũc esse Deũ declarat, vt est prima forma, & primus finis, & primũ efficiẽs omnium entiũ. Bene igit̃ tenemus de mente Auer. q̃ post quã Naturalis via motũ demittauit substantias abstractas esse, tunc Dominus declarat q̃ tales abstractæ substantiæ sunt principia sensibilium substantiarũ, vt substantiæ sunt sub ratione finis & sub ratione formæ nunquam th̃ concedimus Diuinũ demittere primã formã esse demtone signi, sicut fatui sibi imponunt. quia impossibile est scientiã aliquã habere eorum formalẽ sui subiecti ignoram modo, vt dixi, subsistunt abstractæ sunt subiectum in Metaphysica: non vt sunt mouẽtes, sed vt sunt forma & finis omnium Et licet Cõ. ducat. 1. meta. cõ. 4. q̃ prima causa omnium entium declaratur in scientia Naturali, illud th̃ non oportet intelligi inquantũ omnium entium absolutè cõtracte, videlicet vt est prima causa omnium sensibilium & mobilium. Naturalis. n. formaliter demõstrat primum mouẽtem esse, qui est primum ens, non th̃ formaliter demõstrat primum ens esse, vt sic. Et ex hoc colligas de intentione Cõm. philosophum Naturalem non demonstrare subiectũ formale Metaphysicæ, sed materiale tantum. Nã subiectum formale Metaphysicæ sunt substantiæ separatæ, vt sunt finis & forma. & sub istis rationibus non demonstrantur esse in scientia Naturali: sicut expresse scribit Cõmen. in cõ. allegam, videlicet cõm. 9. 7. meta. & cõ. 9. 12 meta &. 7. meta. cõ. 5 Dicit enim q̃ prima quæstio in scientia Naturali deducit in cognitionem primæ materiæ, et formarum naturalium. & primi motoris. sed prima quæstio in scientia Diuina producit in cognitionẽ primæ formæ omnium entiũ, & vltimi finis. Sed contra hoc magnificentia tua subtilissime dubitauit. Nã ẽm Auer. 12. meta. cõ. 5. &c. 6. &c. 10. meta. cõ. 7. idẽ est primũ mouens, prima forma, & primus finis. si igitur Naturalis demonstrat primũ mouẽtem esse: ergo potest etiam demittere primam formã, & primũ finem. & ad hoc dicõ iuxta doctrinã Auer. 12. meta. cõ. 6. stat aliquã esse subiectũ eadem, quæ th̃ proprijs rationibus sunt distincta. & sic est in casu isto. licet. n. primus motor, & prima forma, et primus finis sint eadẽ subiecto, non sunt th̃ rationibus formalibꝰ eadẽ. Et ideo stat vnũ & idẽ obiectũ sub vna ratione consyderari ab vna scientia, & ẽm aliam rationẽ consyderari ab alia scientia, sicut tettat Cõm. 2. phy. cõ. 71. Et per hoc soluitur argumentũ Subtilis doctoris, quod adducit. quæstio. 4. in. 6. meta. inquit enim. Si naturalis demonstrat subiectum Metaphysicæ, tunc philosophia Naturalis esset prior Diuina, quod falsum est. Et ad hoc dicimus nos q̃ hoc argumentũ demonstraret, si Naturalis formale subiectum Metaphysicæ demonstraret. quia si ea le demonstraret, non posset illud à posteriori demonstrare. quia, vt dixit Cõm. consyderando de forma, quę inducit ad primam formam, est consyderatio vt forma est substantia, non vt forma est naturalis. relinquetur igitur q̃ illa demõstratio fieret à priori. & ita Naturalis haberet aliquam rationẽ prioritatis simpliciter, per quam demonstrare posset primum subiectũ Diuinę scientię quod est mere impossibile. & sic Naturalis esset scientia simpliciter prior. nisi adæquate Naturalis non demonstrat nisi subiectũ materiale Metaphysicæ: quia demonstrat primũ esse mouẽtem esse, qui est subiectum materiale Diuinæ scientiæ. quia illud, quod est primus motor, & subiectum materiale: prima autem forma, & primus finis est subiectum formale. Ad subiectũ igitur materiale Naturalis habet medium à posteriori: &. Illud est motus. & sic ex quo Naturalis materiale subiectum scientiæ Diuinæ esse demonstrat à posteriori: sequitur, quòd sit prior via doctrinæ, non autem simpliciter. quia subiectum formale eius, nec à priori, nec à posteriori Naturalis demonstrare potest. & ad hæc non aduertunt Moderni, sicut nostis. Et nunc dubitabis. Cùm subiectum formale Metaphysicæ non videatur omnino notum esse, videtur igitur, quòd in aliquo notum esse, videtur igitur, quòd in aliquo notum esse, videtur igitur, quòd in aliquo quæ scientia demonstrari possit: in nulla autem scientia videtur demonstrare posse,

nisi in Metaphysica: ergo prior opinio vera. Et ad hoc dicemus cum Arist. nostro & Themistio, & Auer. 2. poste. tex. cõm. 9. q. talia subiecta scientiarum demonstrari non possunt: sed, si indigeant aliqua notificatione, illa non erit demonstratio, sed inferior ad illam, & ad syllogismum categoricum. Vbi Themistius habet illa aurea verba, quæ volui adducere propter quosdam perversores Aristotelis & bonarum literarum. inquit enim ibi ea. haec verba. At quæ per se sunt, nec in alio in sunt, in his eadẽ ratio obtinuit non posse demonstrari: quæ enim demonstrari possunt, & sunt res alteri inhærentes, de quibus supra locuti sumus, per media sunt demonstrandæ. Et reddens causam subdit, quia causam superiorẽ non habet, per quã monstrent, causa monstrant sua subiecta singulis subiectis, quæ tũ vi sunt, tũ quod sint certa, & confessum esse necesse est: nec aliter modo cognoscibilia exadiant, q̃ aut inductione, aut fide alicuius, aut perculo, demonstrone non exadiut. & hoc est, quod dicit Cõmentator. 4. coeli. cõ. 11. Alia est lacerna, quæ indiget syllogismo, & alia est lacerna, quæ indiget inductione, & secundo phy. cõmen. 1. dicit, q̃ syllogismus hypotheticus per naturã sumitur in declaratione alicuius, quæ indiget modicula instructione seu vitæ duntaxat inductione per talia. nullã omnino ignorãtiã naturalẽ obedire, quia ad implicatã contradictionẽ aliquod subiectũ in scientia, in qua est subiectũ, esse omnino ignorãtiã naturalẽ, quia tunc non esset subiectum, cui de subiecto oporteat præcognoscere quod. & quia si ita contingat subiectũ illud aliquale indigere aliqua declaratione, illud fiet q̃ disciplinæ manentẽ, & nõ per viam doctrinæ, sicut est inferius genus demonstratis. Et hoc etiam est de intentione Auer. manifestum. Priorum in digressione de syllogismis hypotheticis. Dicamus ergo Deum esse subiectũ sui formale: habito, & recepto pro cognitum à Naturali subiecto suo materiali, declarare illud posse aliqua fide, aliquo periculo, aliqua inductione, vt dicit Arist. & Themistius loco allegato: sed dicimus ipsum tale demonstrare non posse. Vnde Cõm. cõ. 5. 12. metaphy. dicit q̃ primus Philosophus declarat abstractũ esse q̃ est principiũ subsistens sensibilis, sed postquam accepit pro concesso huiusmodi esse subsistentiam à Naturali. ecce quod dicit declarat, & non demonstrat. quia secundum Arist. expresse. 2. poste. tex. cõ. 9. talia oportet supponere, vt sint, & quid sint, & si indigeant aliqua declaratione, oportet ea alio modo, scilicet, q̃ demonstrativo, ea nota facere, sicut bene exponunt ibi Themistius & Cõmentator. Vnde in proposito exemplum quo modo pot declarare Deum esse ex consideratione subsistentiæ vt ens est materiam formam esse, dico per syllogismum hypotheticum per naturã, hic argumentando: subsistentia, quæ sunt entia per partes existentes, sunt, primum ens est, & prima forma est sed subsistentiæ per partes quæ inveniuntur sunt ergo primum ens est, & prima forma est. ista est declaratio, non demonstratio, est inductio, est indicium, est fides aliqua, nõ vera. Ista basis quia syllogismus ille habet ad sua fundamenta, quæ indigent aliqua declaratione, non ad probandũ naturaliter aliquid.

Tertia materia conclusa est in Cõmento dicit q̃ potentia materiæ non est de essentia materiæ. Et in. ca. de subiectis orbium dicit opponitum in quæst. 18. q̃ potentia est differentia subsistentialis materiæ. Et ad hoc quidam Auerroistæ discrunt in materia duplicem esse potentiam, vnam, quæ est potentia recipiendi formæ, & est altera pars compositi, & illa potentia est subsistentia materiæ & essentia eius, & de hac locutus fuit Timotheus. 8. meta. tex. cõ. 13. vbi reddens causam, quo ex materia & forma fit vnum, dicit quia est & nulla alia est, nisi quia materia est potentia, & forma est actus. ex actu autẽ & potentia fit per se vnum. & de hac locutus est Cõm. 1. cap. de subsistentia orbis, vbi dicit potentia esse de iam subsistentiale materiæ. Alii dixerunt potentiam esse in materia, quia respicit potentiã ad actuandum agentis, per quã potentia deducitur de potentia in actum, vt actu impernatur sibi forma. & illa potẽtia, quia sic respicit agens, est de genere relationis: & est quædam proprietas consequens essentiam materiæ. & de hac potentia dicit locutum fuisse Auerroim hoc cõ. 9. vbi dicit q̃ potentia non est in essentia materiæ: quia tunc materia esset de prædicamento ad aliquid. Alij dixerunt in materia duplicem esse potentiam remotam & propinquam: sicut est sententia Cõm. 1. coeli. com. 120. &. 4. phys. cõm. 120. & tunc dixerunt potentiam remotam esse de essentia materiæ. secundam vero dixerunt esse relationem. & sic concordant dicta Cõm. Alij dixerunt distinguentes de duplici potentia vna est absoluta: & hanc dicunt esse proprietatem materiæ passionem. & dicunt eam esse absolutam, non quia per talem materia nulla ratione relativa sit ad operationem, sed est respectu generatum, & indifferenter omne genꝰ, omnemq̃ speciẽ, ac omne individuũ fuerint.

ferunt. & dicunt hanc potentiam esse propriam materiæ naturalitèr. Aliam vero dicunt potentiam esse respectiuam, quæ non vna ratione est sed, si ad formã generici, generatiui est si ad specifici specifica: si ad individua individualis. primo igitur modo potentia est dicta substantialis, vel loco dicta potestate. secundo modo est relatiua. & dicunt primam secundo modo dictam esse generabilem & corruptibilẽ omnino & ideo dicunt istam secundã potentiam differre a materia. Ista fuit doctrina olim ferè Auerroistarũ vsq; ad nostra tempora. Et licet nos scrimꝰ prolixè satis quòdam hoc anno super istum loco, vbi diffuse satis materiam istam pertractauimus: tamẽ eã quæ iam breuiter volo collegere pro veritate vestra. & pro inquisitione veritatis. Et, quia ois eloquentior super inquisitione veritatis in primis excutiendus est, dico salua reuerentia oium talium quantumcunq; ipsi non habeant mentem Auerr. nec recte glosant eius verba. ois istæ tres responsiones concordant super hoc pd dicto q̃ in materia est duplex potentia, vna q̃ est relatiua, alia quę est distincta à relatione, & per consequens illa est absoluta. omne. ens distinctum contra relationẽ est ens absolutum. Sed istud est purus error. & contra ois peripateticos. Nam quæro de potentia illa absoluta quid sit, vtrũ sit potentia actiua. an potentia passiua. an vt alij dicunt, sit aliqua potentia obiectiua. & si fingendi data fuit licentia, non posset in casu verificari, nisi alterum istorum. Non est dicendum q̃ sit potẽtia actiua. quia omnes dicunt q̃ per istam potentiam materia recipit formam. Nec obiectiua. quia, si obiectiua, ista est res relatiua ad actum entitatiuum, & per consequens nõ est absoluta. Si passiua, vt dicere videntur omnes. tunc arguamus sic. Potentia passiua non est aliquid absolutum: quia suum esse est ad aliud se habere. nam potentia passiua est principium transmutandi ab altero inquantum alterum. patet autẽ, q̃ hoc importat respectum ad actum recipiendi ab agente vt ab agente: sicut potentia actiua importat respectum ad actum, vt imprimitur in passum vt in passum. quælibet igitur potentia respectiua est. ergo vti distinctione, vbi non opus est, est distinguere de lana caprina. Præterea specialiter contra tertiam viam, falsum est q̃ potentia respectiua sit corruptibilis omnino. Nam potentia respectiua specifica, & generica sunt eternæ simpliciter, & a parte ante, & a parte post respectu primi termini, ad quẽ primo referuntur, cùm species sint æternæ ꝑm Philosophos. bene verũ est q̃ potentiæ istæ respectiuæ formæ individuales, quæ per accidens & secundario respiciunt, sunt corruptibiles ꝑ accidens à parte post tantum, sicut recte declarat Cõm. 1. cæli. cõ. 120. & 4. phy. cõ. 120.

Et propter hoc aliter nobis visum est dicere q̃ quælibet potentia in materia existens respectiua est. Et vltimus dico potentiam istã vno modo esse de essentia materiæ, & alio modo mixtum. vnde indubitanter credo Auerr. timuisse fuisse Themistium in sua diffinitione speciali & aurea, quam facit sua per primo phy. cuius opinio, vt summatim dicam, consistit in hoc puncto. Materia dupliciter potest considerari. Vno modo in se, & quo ad sua prædicata, quę in suo esse quidditativo sibi attribuuntur, & sic, cum materia sit quoddam ens absolutum, cùm substantia sit, sic non includit quidditative, & essentialiter aliquem modum petentiæ, neq; remotum, neq; propinquum, neq; passiuũ, neq; actuum, neq; obiectiuum. Nam vt dicit Auicẽ. 1. suæ metæ. Equinitas est tantum equinitas, nec vna, nec plures, nec singularis, nec vniuersalis, nec actu, nec potentia. Et istam primam considerationem subulæ nominauere primum signum naturæ. Alia est consideratio materiæ, vt habet comparationem ad alia, & ad ipsam formã, quam recipit, & ad agens, à quo ipsam formã recipit. & in tali consideratione, quæ considerato in comparatione consistit, ipsa materia includit quidditatiue ipsam potentiam, q̃ potentia est potentia passiua, quæ potentia passiua non est res absoluta, immo est relatiua quædã, quæ identificat realiter cui essentiæ materiæ: & est dicta substantialis materiæ eo modo, quo Auer. loquitur de dicto dum dixit. Actus & potentia sunt differentiæ valde oppositæ entis, & circuunt omne genus. Declarauimus alias de intentione Cõ. duplex esse genus, & duplices esse differentias. ſ. per analogiam, & per vniuocationẽ. vnde sicut ens, ꝑm ipsum, genus est analogum, ita actus & potentia sunt differentiæ analogicæ entis: quas Moderniores modales differentias nuncupauerũt. ens igitur per potentiam constituit materiam, sicut ens per actum constituit formam. Vnde Philosophus. 12. meta. tex cõm. 8. volens declarare quod sit esse materiæ, dixit prius esse per potentiam & actum, & concludit materiam esse ens in potentia. Et, si cõsideretur ista probatio Philosophi & processus eius, loquitur de potẽtia passiua & receptiua materiæ,

Propria solutio Sermonis de potentia materiæ.

uerit, & non de possibili obuectum, licet quandam voluerit. sed hoc alias. Ad propositum igitur dico tam actum q; potentiam esse de quidditate & materiæ & formæ, in secunda illa consideratione. Sed quam habent ad inuicem comparationem: quia materia, vt ens in potentia refertur ad formam, vt est ens in actu. Et illa consideratio de materia, in qua consideratur quòd ad præsentia qui dicuntur, sunt sibi compertis in primo signo naturæ, est Deumo prædicata in sub quibus concipitur materia in tali esse, sunt absoluta, cuiusmodi est subsistentia & ens. possunt autem q; talia pertinere ad Deumum. Naturalis uero non consideret materiam sub aliquo prædicato absoluto, quod competat materiæ in prima sua contemplatione. quia, si quod esset, maxime esset potentia. potentia autem prædicatur respectiuè est, eâm sic principij motus. Et hoc expressè sentit Cõmen. 2. phy. cõm. 11. vbi dicit, q; materia, vt est vna cum eis, pertinet ad Deumum. Et Cõm. 4. Iibri de cœlo. 7. meta. cõm. 9. & 8. meta. commen. 4. expressè dicit, q; materiam esse substantiam pertinet ad Metaphysicum: sed materiam esse subiectum pertinet ad Naturalem. Et hoc eisdem fatentur Commenta. 12. metaphy. commen. 14. vbi dicit quòd consideratio materiæ in se, & absolutè pertinet ad primum Philosophum. sed de consideratione materiæ in secunda sui consideratione, per quam cognoscitur in comparatione ad alia, distinguendum est, nam talis comparatio potest esse transcendens, & potest esse limitata & primo quidem modo considerabitur adhuc à Deumo. nam Cõm. expressè. 7. metaphys. Cõmen. 9. dicit quòd materia, vt est ens in potentia, consideratur a Diuino Philosopho. & ita etiam forma, vt actus, consideratur à Deumo, quia Philosophus. 8. metaphys. 14. dicit ideo ex materia & forma fieri per se vnum: quia illud potentia, hoc vero actus. sed loquendo de materia in secundo esse, quo ad comparationem limitatam, videlicet vt est in potentia ad formam per transmutationem, sic pertinet ad Naturalem. Et sic intelligunt dicta Cõmenta. in. 2. physico. cõm. 11. q; materia in respectu formæ est consideratione naturalis. vnde licet materia non fiat in potentia ad formã, nisi per transmutationẽ, tã prior est ratio possibile & actus, q; ratio transmutationis, tamen illud Philosophi. 9. metaphy. text. cõm. 1. an plus est potentia & actus eorum, quæ dicuntur secundũ motum? solum. Dico igitur tertia Themistij, & Cõmen. sententiam materiam in secunda sui consideratione includere quidditatem potentiam, siue limitata sit, siue transcendens. nam potentia absolutè est de quidditate materiæ, vt materia refert ad formã, quia materia, vt refertur ad formã, quæ est actus, non potest absolui à potentia intellectiua. Sed cum potentialis ratio referibilis sit ad actũ. vnde licet patrimitas non sit de ratione Socratis, vt est subsistentia, est tamen de ratione Socratis, vt refertur ad filiũ, quia non nisi paternitate refertur. Vnde Boetius super prædicamentis dixit nihil inconuenire vnum, & eidem repugnare esse in diuersis prædicamentis sub diuersis considerationibus. homo absolutè est in prædicamẽto substantiæ: sed homo, vt pater, est in prædicamento relationis. similiter materia vt refertur ad formam vt ad actum transmutabilem, quæ tamen includit vt sic potentiã transmutabilem: & sic consideratur eam Naturalis. vnde omnis consideratio, quam habet Naturalis de materia est consideratio relationis. Et ideo non inconuenienter dixit Philosophus. 1. physic. 16. materiam relatiue dici ad formã. non omnis tã consideratio, quam habet Diuinus de materia, est relatiua: quia eam aliquam absolutam habet, sicut illam, quæ est prima, & mere quidditatiua. Vnde Naturalis consyderat materiam, vel sub habitudine, qua habet ad formam transmutabilem nondũ existentem in actu, vel sub habitudine ad formã transmutabilẽ, quæ actu est in ea. Et primo quidẽ modo recte dicetur materia, & secundo modo recte non dicetur subiectũ. Vnde Cõ. 7. meta. cõ 9. dicit q; materia, vt est ens in potentia per transmutationẽ, pertinet ad Naturalẽ. Et hoc dicit quantũ ad ipsũ consyderationẽ, sed quã materia a Naturali consyderata respicit futura, & in. 8. meta. cõm. 4. dicit materia vt est subiectum, consyderatur à Naturali & hoc dicit, quantum ad consyderationem, qua respicit præsentia. Vnde Themistius authoritate Boethij, materia qualitatibus sensibilibus informata est materia tanãs in subiectum. Et istam sententiam videtur docere Cõm. 1 cap de substantia orbis. vbi etiam consyderat materiã naturalem. & vt est receptiua omnium formarum per transmutationem. Et ideo dicit, q; necesse est naturam huius subiecti esse naturam potentiæ. Cæ. potentia sit differens a subiectis alias eius. & ideo nullã habet formã. Et patet q; hæc loquitur de potentia passiua materiæ: quia illa est, per quã recipit omnem

tem formam à primo motore, in cuius potentia actiua sunt omnes formæ. Et hoc testatur Philosophus & Cõm. 9. meta. tex. cõ. 2. vbi habent ipsi q̃ in definitione omnis potentiæ passiuæ accipit definitio primæ materiæ: sicut in definitione omnis potentiæ actiuæ sumitur definitio actionis primæ formæ & sequitur posita Cõ. in eodem primo cap. & dicit. Et ideo nulla habet formã propriã, & naturã existentem in actu. sed dicitur substantia est eius posse. & ex hoc materia recipit omnes formas. ecce q̃ loquit̃ de potentia passiua materiæ. Et posita sequitur. Sed posse, quo substantiantur hoc subiectũ, differt etiã a natura subiecti, quod substantiatur per hoc posse in hoc, q̃ posse dicitur respectu formæ. hoc aũt subiectum est vnũ entium, & absolutorum. Ecce, bone Deus, quo Commenta. de vna & eadem potentia materiæ loquit̃ semper vno formiter, & vno modo, quia de illo posse, de quo supra dixerat, q̃ erat differentia substantialis materiæ, de illo ponit differentiam posse cũ ipsa materia, q̃ tale posse est relatio. & materia est ens absolutum. Quomodo ipsi erubescerent ita grauiter exponiores Auer. existimantes ipsum in conexa dictione esse? Et quo imaginantur aliam esse potentiam, quam Cõm. dicit esse differentiam substantialem materiæ, & aliam esse potentiã, quæ sit relatio, & non sit de eius essentia, cum vniformiter de vna potẽtia loquat̃ semper: sicut luce clarius ostendunt verba eius. Et quo fixerunt potentiã receptiuã materiæ esse ens absolutum, cum ipse dicat eam esse relationẽ. Et vbi inuenerunt in Arist. vnquã potentiã absolutã non videntes nisi velint impropriè loqui, & metaphoricè. quod nõ decet Philosophum. Dicamus ergo q̃ imaginatio Auer. est eadem cum imaginatione Themistij, sed sub obscuriori bus verbis dicta. Eadem potentia passiua est de essentia materiæ, & est differentia substantialis materiæ. & dico q̃ est dicta analoga, non vniuoca: sicut ens est genus analogum. 2. de anima cõm. 10. &. 5. meta. cõ. 4. &. 4. meta. cõ. 2. &. 1. de anima. cõ. 7. &. 3. de anima. cõ. 4. Et non oportet dicere q̃ sit differentia circũlocutiua: vt dicunt omnes, qui malũt detrahũt intellectui nostro. ferẽ. n. dicunt ista terũ differentias esse circũlocutiuas. & nihil rum est quo intellectus noster sit adeo rudis, cum tũ nihil sit naturaliter ignotum nostro intellectui 2. phy. 4 7. & talis potentia non est de essentia materiæ, nisi in fecũda sui consideratione. Et, quia aliquis posset credere talem potentiã omni modo esse de quidditate materiæ. &, quia Cõm. tenet cum Themistio q̃ materia in sui primo intellectu non includit nisi prædicata quidditatiua, quæ absoluta sunt, propter hoc statim docu mentum apposuit, declarando differentiã inter materiam, & talem potentiã, dicẽs, q̃ materia est ens absolutum, & talis potentia est ens respectuum. &, quia absolutum, vt absolutũ, non includit in primo signo nã tunc aliquid respectuum, sic materia in primo signo non includit potentiam, sed solũ in secundo. Et sic etiam locut⁹ est Cõ. de potentia. 1. phy. cõ. 7. vbi dicit q̃, si potentia esset de quidditate materiæ, tunc substãtia materiæ esset ad aliquid. ibi. n. habet pro inconueniens materiam in suo esse quidditatiuo primo, scm quod in se consideratur, q̃ potentia tũ de eius quidditate: quia tunc sine dubio materia non esset ens absolutũ, sed ens respectuum. similiter substantia materiæ corrumperetur ablatione potentiæ & præsentia formæ. nam talis potentia passiua respectũ dicit ad formã recipiendã sub rõne, qua recipit eã ab agẽte. & talis potẽtia, quõ ad illũ respectũ corrũpit, inducẽdo formã. & ideo, si potentia esset de primo concepto materiæ, materia esset corrupibilis, quod tñ falsum est. quia materia in suo primo esse abitrahit à ghatione & corruptione: quia est tantum ipsa, eo modo, quo Auic. dixit q̃ equinitas est tãtum equinitas. Sed ex dictis cum per te materia in secunda contemplatione sui includat quidditatiue talem potentiam. igitur, cum talis potentia sit corruptibilis, sequit̃ q̃ materia erit corruptibilis. Et ad hoc dico q̃ materia per potentiam sui passiuã includit respectũ ad formã cõeni p se primo & ordine ad agẽs, & talis nõ est corrupibilis nisi p accidẽs: quia nõ corrũpit illẽ respectus, nisi in ordine ad individuale formã, quæ per accidens respicit à tali potẽtia. & sic non habeo pro inconueniẽti materiã esse corrupibilẽ, & variabilẽ scm esse, dum tñ scm sui essentiã inuariabilis permaneat. Bene tñ pono in materia potẽtias pro prias distinctas a materia, p quas materia primo respicit formas indiuiduales. numerus. n. formarũ coegit ponere numerũ potẽtiarũ. 12. meta. cõ. 11. Et istæ potentiæ indiuiduales sunt bene simplẽ generabiles & corrupibiles. & tales nullo modo sunt de quidditate materiæ. Et istæ sunt infinitę, successiuę, tate materiæ. Et istæ sunt infinitę, successiuę, non in actu. sicut pessime opinat⁹ est Iohã. de Gandauo in quæstione, vtrũ de potẽtia materiæ sit supra. 1. physic. sed ipse non vidit

Cõm. 1. cont. cõ. 110. nec recordatus est cõ. 110. 4. phy. illa est ignipit sententia nostra. q vt videt otm contradi thrud excludit eam. nam 4. difficultatem absolut. et licet nosa sit. non tñ propter hoc consernanda: cũ cõ sternado sit quid errarent, accidit veritati.

Tragesimaquarta contradi. est in tex. 79. Dicit Arist. & Cõm. q Plato debuit in hoc, q non anumadvertit diam inter materiã, & privationem. vnde Cõm. dicit cõ. 79. q Arist. incepit inducere differencias veras in ter materiam & privationem. Sed opponibi q cap. 1 prima de partibus animalid, vbi habet Arist. q privationes, qua privatio est, nulla est dia. Dicimus q Plotinus ille nobis In Platonem us; multũ insistit adversus Peripateticos asserentes materiam & privationem esse vnum subiectũ, & ratione tñ differre. Nam debuisset prius Arist. ponere veritatẽ, rationem, & tunc debuit videre an differrent ratione definitionis. nam que rõnibus, & definitionibus differunt, oportet talia definitiones habere. Et tunc, si materia habet rõnem, & privatio similiter hoc quidem esse nõ potest, sub alterq trium modorũ. aut q neutrũ in ratione alterius ponatur, & tunc erunt non solũ duo in ratione, immo duo in esse & subiecto. aut verũque ponitur vicissim in ratione alterius. sicut fimum cum naso simo. nam in definitione simi ponitur nasus, & econtra in definitione nasi simi ponitur simum. & tunc etiam sequitur q sint duo. si vero se habeãt q vnum ponatur in ratione alterius, & non econtra, sicut calor ponitur in ratione ignis, non aũt ignis in ratione caloris, tunc sequitur q privatio erit sicut forma, & materia vt subiectũ. & tunc adhuc sequitur q non sint vnum. Dicimus q se habent tertio modo, quia privatio ponitur in ratione materiæ, quatenus ad secundam sui nominem, qua refertur ad alia. materia .n. negatione cognoscitur, vt dicit Philosophus in. 10. me ta in tex. cõm. 14. non tñ ex hoc sequitur q sint duo, nisi fm rationẽ. Et quod objciebatur, quia tunc privatio erit species, & materia erit subiectũ, sicut calor respectu ignis nam calor necessario ponitur in ratione ignis, & non econtra. Solvitur, q privatio, q est in prima materia, est sicut species, vt dicit Philosophus in. 2. phy. in tex. cõ 11. fm aliam expositionem Cõmẽ. ibi, sed non est vera species, sicut calor respectu ignis. vnde est dia magna inter calor em & ignem, & inter materiam & privationem. calor enim dicit formam quandam positivam, & rem additam supra naturam ignis, siue sit substantia, siue accidens non curo sed privatio supra naturam materiæ non ponit aliquam formam positivam: aliquin materia ipsa esset formata nec posset aliquam rem ponere in ea: quia sit substantia vel accidens, sed solum dicit negationem omnium formarum formabiles loquendo & hoc est, quod pulchre dicit Themistius in digressione. q cum dicimus materiam informẽ, vel in alterã. nomen inaffecta, non dicit aliquam privationem quia cũ privatio qualitas quædam sit, accideret materiam esse qualem, sed dicit negationem puram. Et hoc asseuerat & Cõmẽ. in cõ. 79. dicens q privatio non est substantia, nec accidens, formaliter loquendo. Dicit aũt tales privatio in materia, quæ negationem formarum omnium importat, esse quodammodo species materiæ, unquantum natura eius tali privatione, seu negatione cognoscitur. dicim° n. vt asserit Cõ. in. 7. meta. cõ. vlt. q materia est natura illa, cuius quidditas, & forma est recipere formã. nam. 7. meta. te. cõ. 8. Materia non est quid, nec quale, nec q. quanti, nec vlt aliquod eorum quibus ens est determinatum, sed est potentia qua hæc. ens ignit in secunda nocione sui materia, qua comparatur ad alia privatione & negatione deferuntur. hæ privatio est de ratione eius, & est illa, sicut species & forma. in prima aũt fm nocione est quædam substantia & entitas absoluta. & hæ numerantur in entibus. & quia eius privatio formaliter confœderata non numeratur in entibus, sic sunt duo in ratione, materia, & eius privatio. Ad authoritatem aũt Arist. respondet, q verũ est, q privatio dicitur non habet, quib° in speciebus dupla possit. Arguit. enim ibi contra illos, qui dicãt per privationes dicebant fieri nõ posse, vt eius, quod non est species aliqua, esse possit. per hoc tñ non negat Philosophus, quin rario privationis non sit aliquid, ratione distinctum à materia privationes .n. quodammodo habent definitiones. Moderni aũt formaliãtes dicunt non ens esse non idem ens, & non proprie concedunt differre, aut distinguit ab esse sed non aliũ modũ vitatum inter nominos apud Peripateticos: & ideo non curamus de dicto eorum.

Tragesimaquinta contradictio est in te. 81. Dicit Philosophus. Et ultenee. n. quodam duumo, & bono, & appetibili, alterum quidem contrarium ipsi esse dicimus, alterum vero, quod apcum natum est appetere, & deſyderare ipsum fm suipsius naturam. vbi Themistius

physico. tex. 79.

Solutio.

1 phy. tex. 81.

Themistius & Cõm. per bonum diuinum, & appetibile exponunt primam formam, & primi causam. Sed nunc est cõtradictio, quia sequit̃ q̃ primum sit contraria primæ formæ. sed hoc est inconueniens, quia ex fine duodecimæ primæ philosophiæ. Primo nihil est contrarium. & ratio est, vt ibi dicitur, nam ois cõtraria materiam habent. est n. eadem materia contrariorũ. prima causa adit sese prima forma est abstracta a materia. Themistius dicit, hanc igitur formæ primæ, quæ ab omni absentia est materia, quæ libera vndiq; & impromixta in toto mũdo, abstracta & separata, atque his priorem formam, quæ profecto sunt ab illa, & in materia constituunt, contraria est & adversa priuatio. Et ista sententia Themistij est valde difficilis, & forte falsa. quia licet formæ in materia constitutæ, quæ sunt participationes quædam primæ formæ, & primæ perfectionis, sit cõtraria primæ, tamẽ quo priuatio sit cõtraria primæ formæ difficile, immo impossibile est saluare. non. n. omni bono malum, aut priuatio dicitur esse contraria, sed bono existenti in materia. & in ghatione, quod est bonum per participationem dictum. malũ dicitur esse contrarium. similiter nõ omni cognitioni ignorantia dr esse contraria: vt saltem Philosophus in fine duodecimi primæ Philosophiæ contra Antiquos inquit. n. & alijs quidem necesse est scientiæ honoratissimæ, & sapientiæ aliquid cõtrarium esse, nobis aũt non

Solutio. Et ideo dicendum puto, q̃ bene formis in materia existentibus, quæ sunt participationes primæ formæ, & bonitatis, eius ratione, cuius materia naturaliter formas tales desyderat, priuatio est contrarium. hoc. n. consequitur, vt participet perfectionem primæ formæ, inquantũ recipit formas, quæ sunt participationes quædam diuinæ bonitatis, & diuini esse. Si quis tñ ob Themistij authoritatem vellet dicere priuationem esse contrariam primæ formæ, dicat q̃ per contrarium intelleat diuersum. nam cũm prima forma sit ois forma in virtute & eminenter 11. primæ philosophiæ cõmẽ. 18. ois formæ sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore, priuatio autem, cũm inquantum priuatio, sit absentia formæ, inquantum forma, sic intellectus priuationis est primo diuersus ab intellectu primæ formæ. Formis agit̃ in materia existẽte priuatio cõtrariat̃, sicut priuatio habitui. per nullã formã adit priuatio adueniẽs mõ prædicto, qa sunt istæ cõceptualiũ primo diuersi.

Tripartita materia conradi. est in tex. 81. 1. physico. Arist. & Cõm. asserunt priuationem in materia existentem corrumpi per se, non aũt per accidens. Sed obiiciabam per authoritatẽ Cõm. in. 4. phy. cõ. 110. vbi dicit q̃ potentiæ, quæ sunt in materia, corrumpuntur. & 12. metaphy. cõ. 11. dicit q̃ multiplicant̃ ad multiplicationem formarũ. Amplius non valet ratio eius in. 1. phy. cõ. 70. ad probandũ q̃ potentia non est de substantia materiæ. quia tunc accideret materiam corrumpi in adventu formæ, si talis potentia, quæ est in materia, esset incorruptibilis. Amplius, quia priuatio per se corruptibilis esse potest, si non sit neq; substantia, neq; accidens. 1. phy. cõ. 79? Soluitur. in materia duplex est potentia. Remota, per quam videlicet materia est in potentia ad formam cõem. v.g. specificã, & per istam per accidens respectu materia formas individuales. & ista potentia est sicut quædam materiæ proprietas, & est eadẽ realiter cum materia. & de ista intelligitur, q̃ sit in corruptibilis per se, sicut & materia. Sunt iterum quædam potentiæ propinquæ respectuesque multiplicant̃ ad multiplicationem formarũ. & istę præcipue individuales sunt generabiles & corruptibiles. & postquam sunt corruptę amplius redire non possunt. quia tunc corruptum posset eadem numero redire. quia qñ materia fuerit eadem, & agens fuerit idem, & potentia eadem, tunc quod fit est idẽ, vt dicit Cõmẽta. cõ. 11. potentia igitur remota materię non est corruptibilis per se, sed per accidẽs, sicut materia. Ad illud adit, quod quærebat, ratione priuationis, quæ per se corrumpit, cũm priuatio sit formalis non ens, dico q̃ hoc intelligitur quantum ad denominationem: quia in aduentu formæ non amplius materia denominatur priuata illa forma. vnde etiam de non entibus possunt suo modo propositiones verę formari, vt q̃ chimera est non ens, & quòd hircocervus est

Solutio.

figmentum. Materia igitur dicitur corrumpi per accidens ratione alterius, scilicet priuationis, quæ dicitur per se corrumpi, quantum ad denominationem.

SOLV-

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Arist. & Auerrois.

Super Secundo Physicorum.

1. physic. com. 1.

PRima contradictio in 1. Physicorum, est super ter. primo. Aristotele enim in principio Libri inuestigaturus naturæ definitionem, incepit a rebus naturalibus, quia res naturales sunt manifestiores apud nos, quàm natura, vt dicit Cõmen. in cõm. primo. Sed oppositum quia tunc cum innata sit nobis via, vt a manifestioribus nobis ad nostram naturæ procedamus, vt patet 1 phy. te. cõ. 1. & 7. primi philosophus ter. cõ. 10. tunc qui Naturalis posset ex rebus naturalibus demittere definitionem quia, natura esse cuius oppositi scribit Philosophus 2. phy. te. cõ. 6. & Cõ. in cõ. 1. dubdo.

Solutio. Nisi esset, q ad hoc, q aliquid demõstretur in aliqua scientia, non sufficit q sit aliquid notius eo, vel quo ad nos, vel quo ad naturã, sed requirit cũ hoc de necessitate q illud sit quæsitũ in illa scientia, & per consequẽs q sit naturaliter ignotũ, quia ad per se nota, vel ad ea, quæ sumunt pro per se notis ex superiori scientia, & sensu non pot ergere aliquod genus demõstrationis, quia non demõstratur nisi illud, quod est dubium, & ignotũ, alioquin sequeretur q Naturalis posset demõstrare motum esse demõstrõe figura contra Philosophum. 1. phy. tex. cõm. 11. vbi habet, Nobis autem subijciatur omnia, aut quædam eorum, quæ natura constant moueri. & Cõ. 1. phy. com. 8. dicit q motum esse, & pluralitatem entium esse sunt de principijs cognitionis in scientia Naturali. Probatur consequentia, quia mobile est notũ quo ad nos ipso motu, vt testatur Philosophus in. 4. phy. tex. cõ. 104. vbi dicit q mobile maxime notum est, & motus propter id quod mouet, & loci mutatio propter id quod fertur. & reddit causam. hoc aliquid enim est quod fertur, motus autem non. vbi Cõm. inquit, q motum est notus motu, quia est demõstratum, & motus non est demõstratus, sed mens facit ipsum. & idem dicit 7. phys. cõm. 32. vbi dicit q motum apud nos est notus motu idem. 4. physico. cõm. 99. propterea igit dicamus cũm naturam esse sit per se notũ, licet naturalia quo ad nos sint notiora, nõ sequitur q ex illis natura possit demõstrari. Vnde etiam Cõm. in. 2. physico. loquens de principijs subiecti scientiæ dicit, q possunt demõstrari in illa scientia demõstratiue signa, & possunt etiam demõstrari demõstratione propter quid in scientia continente subiectum illius artis, & hoc verum est inquit, si principia illa tamen quæ adsumpsit, quia ad hoc, q aliquid demõstretur in aliqua scientia, vel a posteriori, vel a priori non sufficit q scientia habeat effectum, aut causam notiorem, sed requiritur q illud latens, & sit quæsitum in illa arte.

Secunda contradi. & manifesta est in eodem ter. & cõ. Quia Arist. inter ea, quæ natura constant, enumerat animalia, & plantas, & partes ipsorum, & dicit q ea, quæ natura constant habent principium intrinsecum alicuius motus, hanc quidem fm locũ, hanc aũt fm augmentũ, & diminutionem, quædam aũt fm alterationem. vbi Cõmentator ponens, quæ sint, quæ habent principium augmenti, inquit, & innuit principiũ transmutationis proprie in vegetabilibus & augmentum. vbi etiam Themistius eodem modo exponit videtur igitur motus augmenti in vegetabilibus & animalibus a natura physicis. Sed hanc oppositum habet in secundo de anima. in text commen. 19 vbi contra Empedoclem Aristot. concludit animam esse causam alimenti & augmenti. Et confirmatur ratione, qua ibidem innuitur quia natura non mouet ad contraria positiones. sed motus augmenti fit, non solum sursum, verum etiam deorsum igitur non est a natura, sed ab anima. Et confirmatur quia anima est actus corporis instrumentalis, naturalis, potentia vitã habentis. patet aũtem q vita sumitur p operationibus vitæ, quæ sunt vegetare, sentire, moueri fm locum, & intelligere. Nisi esset q non inquit q eadem res sit anima, & natura diuersis modis. nam natura proprie est principium intrinsecũ motus, aut passiuum quod est materia, aut actuum quod est forma. natura etiam dupliciter est, materia videlicet & forma. Omnia igitur corpora physica dicuntur, si composita fuerint naturalia, seu naturalia, p quanto sunt cõposita ex materia & forma &. quia in Libro physicorum agitur de principijs, et elementis, tam corporũ simplicium, q compositorum, vt scribit Cõm. 3. cœli cõ. 11. sic corpora perfecta etiam vt sint animalia & plantæ, vt habent istã compositionẽ ex materia & forma, dicuntur naturalia corpora. nam vt dicitur in. 2. de anima semper in perfectionẽ consurgit in virtute motus perfecti, sicut in sensitiuo vegetatiuum. & hoc etiam in ve-

in vegetabile naturale continet. Anima igitur, vt est forma & principiū internū secum, facliens per se vnum cum corpore vt materia, nanita dicit porcell. & sic corpora animata vt sunt composita ex anima & corpore, tanquā ex materia & forma, vt ex duabus naturis, dicuntur esse naturalia, & differunt ab ensibus artificialibus per habere principium aliquod internsecum sui motꝰ. talia enim sunt & cætera à natura constantia ꝙ non habent artis opera, inquantū talia sunt ab arte. sed pro quanto anima est in sua ratione actus corporis organici, quod non est de ratione naturæ: & similiter pro quanto anima est principium motus ad oppositas dñas positiones, qđ non est de rōne naturæ, sic anima distinguit à natura, & dicit esse in aliquo gradu entis, ꝙ sit natura. Philosophus igitur concessit viventia esse à natura sm prædictum modū, & non sm quod anima à natura sm rōnē distinguit.

Terna conrad. est in eode m cōm. 1. ibi enim dicit ꝙ vnumquodque ens naturale habet principium transmutationis. & numerando ea, quæ habent principium motꝰ locales, enumerat elementa, & habentia animas, & corpora cœlestia. videtur igitur velle motum cœli esse naturalē. Et pro hoc facit authoritas eiusdem. 1. cœli. cōm. 81. vbi dicit, ꝙ non est corꝑ naturale, cuius motꝰ non sit naturalis. Sed huius oppositum ipse habet ex parte. 1. cœli. cō. 3. vbi dicit motum cœli non esse naturalem. Solutio istius qōnis præsupponit solutionē qōnis, qua quæritur, vtrum cœlū sit corpus naturale, quam diffuse pertractat Cōmē. 1. cœli. cōm. 3. sed quantū ad rem nostram attinet, debet scire ex sententia Auer. cō. 3. primi de cœlo. & cō. 3. secundi phy. Natura dicitur sm prius & posterius, de inferioribus & superioribus corporibus. vnde sm naturā rei natura per prius dicitur de superioribus, vtpote de causa, quām de inferioribus, quæ sunt causata respectu superiorū. ch sm similitudinem ista inferiora dicunt magis naturalia ꝙ superiora, sicut testatur Cōmen. manifeste. 2. meta. cō. 16. Dico igit ꝙ Cōm. tenet motum cœli esse naturalem, quia est ipsum cœlū quoddā motū ex se cōpositū ex duab⁹ naturis, scꝫ natura agente motū, & natura recipiente motū, sicut patet. 1. cap. de substan. orbis, & 8. physico. tamen non est naturalitas motus cœli eiusdem rationis cum naturalitate istorum inferiorum. Et in tantum proceditur quidam cum hoc fundamento, quod cœlestia sunt dicere intelligentiam esse formam totaliter danam esse ipsi orbi. non .n. aliter cœlum esset motum ex se. Nec valet, si dicatur ꝙ cœlum pro aggregato ex intelligentia, & orbe sit motum ex se quia à pari diceretur ꝙ aggregatum ex plaustro & bobus moueretur localiter. Et confirmant istud. 7. phy. tex. cō. 10. Omne motus localis aut est se, aut ab alio. Motꝰ aūt ab alio, aut est pulsio, aut tractus, aut vectio, aut vertigo. & si pulsio, aut impulsio, aut expulsio. ergo, si intelligentia non sit forma internseca cœlo per formalem inhærentiam, sequit igit cœlum non esse motum ex se, sed ab alio. & si ab alio, mouebit igitur aliqua istarū quatuor spec. erū motꝰ, videlicet vel pultionis, vel tractionis, vel vectionis, vel vertigi: quod impossibile dicere, sicut patet ex rationibus factis ad oppositum. Nos aūt, licet fecerim⁹ prolixam quæstionem de triplici causalitate intelligentiæ, in qua diffuse declarauī fuisse putamus intelligentiam non esse vnitam per informationem ipsi orbi, sed solum per appropriationē eo modo, quo motor dicit forma mobilis, vnde Cō. 8 phy. cō. 1. Principiū motus de omnibus mobilibus est, sicut anima de rebus vitis: th quantum spectat ad præsens dicimus motum cœli non esse naturalem à sua forma, cum sua forma nō sit natura, sed sit supra naturā. natura. n. est inferior ad animam, & anima est inferior ad intelligentiam. Quo igitur dicimus motū cœli esse naturalem ab intelligentia sequeretur igitur intelligentiam esse naturam, si intelligens motum cœli formaliter esse naturalem, quia est à forma, quæ est natura. si autem intelligans motum cœli esse naturalem effectiue ab ipsa intelligentia, tunc non sequitur ꝙ intelligentia sit forma dans esse orbi, quia stat aliquem motum esse naturalem à principio passiuo intrinseco, tamen motus efficitur ab aliquo principio effectiuo extrinseco: sicut est respectu simplicium motu alterationis in via Cōmen. Vnde formo contra istos rationem, cuius solutionē adhuc habere non potui, ꝙ impossibile sit intelligentiam esse formam sui orbis, vt illi asserunt. Quia si hoc esset, aut hoc esset propter appetitum, aut propter motū in loco. non .n. vt scribit Cōm. 1. cap. de substantia orbis, non fuit dictum cœlum habere animā nisi propter appetitum, & motum in loco, sed neq; propter appetitū, neq; propter motū necesse est intelligentiam formaliter animare ipsum orbem: ergo nullo modo informare ipsum orbem: ergo nullo modo informat, vt illi dicunt. Maior est Auer. vt dixi: & minor probatur. Primo quod non propter appe-

a physic. b cœli.

Solutio.

Virtus intelligentiæ deferte ordinem motus.

numerus numerabilium eſt forma abſoluta, quæ modo modum aliquid exiſtimauerunt aliquam ſubſtam eſſe dicunt Philoſophus, q̃ anima dempta, quæ eſt apta numerare, subtraherentur tempus, quod eſt numerus motus numerus igitur pro rebus numeratis po teſt eſſe res abſoluta, numen numerus vel actu numerans, vel actu numerabilis importat reſpectum ad animam, vel actu, vel aptitudine numerantem. dicit enim Commentator in 4. metaphyſ. commento. 18. relatio accidit quantitati, & cæteris prædicamentis. hic enim dicit, q̃ magnum & parvum vno modo ſunt paſſiones quanti, & alio modo ſunt in capitulo relationis, vt vnum referatur ad aliud. Ex quo ſequitur, q̃ tempus in via ſua habet maximam difficultatem. imaginamur enim q̃ tempus compa ratur ad primum motum in ratione menſuræ menſurantis eo modo, quo menſuratur forma in re. quia vult q̃ tempus ſit paſſio primi motus, & non ſit paſſio omnium motuum: alias vero motus reſpicit, ſicut numerus reſpicit numerantem. nam dato hoc, ſequeretur q̃, ſi eſſent plures mundi, eſſent plures primi motus, & per conſequens eſſent plura tempora ſimul non communicantia quod implicat contradictionem. quia mul tiplicatis ſubiectis multiplicarentur & paſſiones. Et tanto magis augetur difficultas in via eius, quia vult tenere aliquam conſequentiam eſſe neceſſariam, licet tam antecedens, quam conſequens ſint impoſſibilia vt tenet in caſu 4. phyſ. cõ. 91. Amplius autẽ cum ſit Philoſophum tempus implicatẽ ſit numerus cuiuſlibet motus & non vnius, ſi motus primus menſuraretur a tempore ſecũda forma, & alij motus vt a numero, tũc æquinoxe eſſet illa menſuratio. Et confirmatur. quia Commentator vult q̃ in definitione temporis, in qua dicitur q̃ tempus eſt numerus motus, by motus ſiet pro quolibet motu, & vult quòd numerus fiet actiuus, quia tempori per ſe competit menſurare motum contra Themiſtium, motus autem competit per accidens menſurare tempus, & ita illa definitio eſſet laborans in æquiuoco. Amplius ſequeretur q̃ primus motus proprie non diceretur eſſe in tempore, nec ſecundum totum, neque ſm partem, quia motum eſſe in tempore eſt ſicut menſuratum eſſe in numero, & eſt mẽſurari per tempus, vt dicit Philoſophus in 4. phyſicorũ. in tex. commen. 114. & 115. & 117. ſi igitur tempus ad primum motum non comparatur vt numerus, ſed vt paſſio, & forma, non igitur poteſt dici aliquo modo alle motus in tempore eſſe. quod eſt contra Philoſophum, quia Philoſophus vult in tex. commen. 114. q̃ tempus menſurat motum ab determinando quendam motum, qui menſurabit totum, ſicut longitudinem cubitus. in 115. in ſpeciali dicit hoc de primo motu. nam quando per aliquam partem temporis menſuratus aliquam partẽ primi motus, per illam menſuram poteſt & aũ recenſi ipſe & alios motus, & loquitur Ariſt. de menſuratione actiua vniuerſaliter, & ſine aliquo determine, ſicut patet intuẽti. Et pro vitam mea ſoor difficultates peras dare. à quibus non mihi ſolent ingenium poteſt euadere. Dico igitur ſi dicendo dictum a contra. q̃ ideo dicit tempus eſſe paſſionem primi motus, & eſſe menſuratum eius, ſicut forma rei, quæ habet definiri per ſuum ſubiectum. nam prima ratio temporis conſiſtit in numerato eſſe prioris, & poſterioris primi motus, & ſecunda eius ratio eſt, q̃ eſt numeratus numerans per ſe omnes motus. & quia propria paſſio habet definiri per ſuum ſubiectum. ealem habitudinem, quæ ſibi ex ſuo primo intellectu competit, non habet, niſi cum primo motu. & quia alle eſt vnus, ſic etiam tempus eſt vnum. poſtquam autem hæc eſt ſua quidditas, nunc ani ma vtitur ea in ratione menſuræ menſurantis per motum numen omnem motum & primum & alios a primo. Vbi animaduerte q̃ tempus reſpectu primi motus habet duplicẽ habitudinem, & paſſionis, & hoc eſt tempus in quidditas vt ſit primus motus paſſio quædam: & habet etiam habitudinem numeri numerantis primo & principaliter ipſum, & ſecundario alios. Et q̃ iſtam habitudinem habeat cũ primo motu, patet ex his, quæ ſcribit Commentator in commento. 111. vbi dicit & debes ſcire, q̃ licet tempus ſit numerus cuiuſlibet motus, non tamen eodem modo, ſed ſecundũ prius & poſterius, quia numerat alios motus à motu translationis, quia numerat translationem. & ſi de motu translationis non eſſet niſi circularis, eſſet tempus, & de circulari tantùm ille, qui eſt velocioris circulationis, ſ. diurni motus. ecce igitur q̃ cum motu diurno, qui eſt primus motus, habet etiam iſtam habitudinem numeri numerantis. & ideo differentia illa eſt intelligenda cum præciſione, quia videlicet cum primo motu habet habitudinem paſſionis, & hoc ſibi prius natura competit: & habet etiam habitudinem menſuræ menſuratæ

ipsum principaliter, & aliis secundario. Sed cum cæteris mensibus non habet nisi habitudinem numeri ad numeratum tantum, & sibi modo possit salvari via Cõm. quomodo tempus mensuret partem primi motus & per illum mensuratur totum, & totum ipsum, & reliquos motus. Et ex his solutione apparet contradictio in dicto Auer. nam in cõm. 111. vult q̃ tempus cum alijs mensibus non habet comparationem, nisi numeri cõ numerato, quod non adhuc tenet in definitione numeri: sed cum primo motu habet comparationem, sicut passio cum subiecto, quod ponitur in definitione passionis. Sed tunc contradicit sibi in eodem loco, vbi vult quod in definitione temporis, in quo dicitur q̃ est numerus motus, ly motus hoc posuit pro quolibet motu, sicut volebat determinare Philosophus in text. cõmen. 111.

Solutio contradictionis in dicto Auer.

Solutio. Solutus. nam quando dixit q̃ numeratum non ponitur in definitione numeri, exponendum est, licet subiectum ponatur in definitione passionis quia numerus numeratus non est in numerante, sicut passio in subiecto, sed est in anima in esse abstractionis, vnde bene numeratum potest poni in definitione numeri numeratus, sicut correlatum definitur per suum correlatum. & hic animaduerte quod in definitione temporis formetur quilibet motus, sicut numeratum in definitione numeri, vt correlatum per suum correlatum ex parte, quo dicitur q̃ est numerus motus. ex parte autem prioris & posterioris sumitur primus motus, sicut subiectum temporis, quia definitio illa dicit quid, & propter quid secundum viam Cõmentatoris vt alias declarauit. hoc est igitur, quod sicut perplexum inuolucrum, quia tempus ad duorum comparatur habet varios & oppositos respectus. Et propterea autem potuit intelligitur q̃ Commentator habet dicere, q̃ prima ratio constituens temporis quodammodo sit numerus numeratus prioris & posterioris primi motus, quia, vt ipse concedit in commen. 132. 6 nullus motus esset nisi localis, & de localibus circularis tantum, & de circularibus ille, qui est velocissimi circulationis, & est ille, qui est motus diurni, adhuc esset tempus. & patet quòd in illo casu non esset numerus numerans per se alios motus. ab ipsa igitur veritate cogitur dicere, sicut dicit Themistius, quòd numerus positus in definitione temporis stat pro numero numerato principaliter, & non pro numero numerante, nisi secundario. quia Philosophus intendit dicere aliud, vnde prius numerus quam est tempus esse aliquod formaliter, & dicit de quod aduertendum est, ratio manifestandi vt est vita prius natura dicit aliquod potius natum in se, & posita dicta ratione, actum per quam manifestat. cum igitur tempus sit in numerato esse, & in numerante, prius natura est ens numerans, quam per numerare. & consumerare, aut est passio 6°. vt dicit Alexander, aut is est de quibus quis, huic non est ens principale, sed secundario, vt videtur velle Commentator nec videtur sibi mirum, quia complexum temporis manifestius non est ex simplici dependet propter tuis dissimilem naturam, licet simpliciter dari.

Vtrum motus contradictionis est in commen. 4 p
ens. 111. Commentum dicit tempus non mi
nisi ut est motus certi vt numerus, sed bene
ad alios motus se habet vt numerus. Huius
autem oppositum dicit in commen. 111.
Solutio. Solutum quòd dictum fuerit intelligitur
cum precisione, quia ad motum certi temporis habet duplicem habitudinem, & passionis per se consequentis subiectum, & habitudinem numeri & mensure. sed ad alios motus comparatur solum in ratione numeri. Et sic stetur controuersia.

Trigesima contrad. est in text. 111. Philo- 4 ph
sophus dicit q̃ motus alterationis & aug
menti & generationis non possunt esse re
gulares. Sed huius oppositum habetur 7.
phys. text. 18m. 4°. vbi dicunt q̃ quilibet
istus & continuus indifferenter potest esse
regularis, & non. Solutus per Auer. ibid. Solutio
q̃ termino ibi est de motu, inquantum motus est. & sic alterationis & augmento non repugnat, inquantum motus sunt. q̃ possint esse regulares. sed vt de facto sunt in rebus sensibilibus secus est, sic dicit Commen. in simili dubio in. 6. phys. cõm. 15.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Arist. & Auerrois,

Super Quatuor Physicorum.

Contradictio est in 5. phy sica super text. 7. Aristote. enim scribit quòd transitio de non subiecto in subiectum secundum contradictionem generatio est. Sed obstabam. quia transitio inter contradictoria non fit per medium, sed

sed transeo de non esse ad esse per medi-
fieri folet, vt teſtatur Philoſophus in quin-
to de generat one animalium capitulo pri-
mo. Solutio. inter non esse & esse absolu-
te non est medium, & talia fuisse errore
ma contradictiones & generationes: sed in-
ter non esse ſimpliciter, & esse in actu ſe-
cundo, quod est esse perfectum, medius
actus primus. & ita Ariſtoteles dicit aliter
tantum ex parte privationis ad actum ſecun
dum per actum primum, qui ſecundo de
anima eſt, ſicut formatus, & ſcientia: actus
vero ſecundus eſt ſicut vigilia, & ſicut con-
ſiderare. & illo modo Ariſtoteles loquitur
ibi allegata, quòd tranſitio de non esse ad
esse per medium fieri ſolet, quatenus enim
ibi virtus in prima animalis generatione
ſeminis præcedat vigiliam, an vigilia ſemi-
num, & aſſerit, properare quas formam ta-
li ſua natura esse videtur, vt viuendi, &
non viuendi inertiſſimum eſt, & neque
omnino ſit qui dormit, neque non ſit: vi-
uitur enim potiſſimum propter ſenſum.
ſed, ſi animal habere ſenſum neceſſe eſt,
& tunc primum eſt animal cùm primum
contingit ſenſus, primum illam diſpoſitio-
nem non ſomnum, ſed ſimilem ſomno pu-
tandum eſt, &c. ibi vult actum primum
mediare inter non esse & esse in actu ſe-
cundo & perfecto.

Secunda contradictio eſt in conſequens
aſſum. Dicit Commen. quòd materia non
eſt in loco. Oppoſitum apparet primo de
generatione cõmen. 27. vbi dicitur quòd
illud, ex quo aliquid generatur, neceſſe eſt
vt ſit in loco. Solutur. materiam non esse
in loco per ſe, ſed per accidens. ratione vi-
delicet totius generati, cuius ipſa eſt pars,
quod quidem per ſe eſt in loco. Et Philoſo-
phus deſtruit hic materiam non esse in lo-
co, vt eſt ſeparata à phyſicis corporibus, vt
imaginabatur Anaxag. tamen vt eſt in phy-
ſicis corporibus, ſic eſt in loco per accidẽs:
quia locatur ad locationem illius, cui per
ſe debetur locus. Eſſet tamen hic locus
dubitatiuus in via Commenta. an materia
ſit in loco non ratione totius, ſed ratio-
ne ſui, vel ratione alicuius conſequentis ad
ipſam. Et videtur quod ſic. nam ſtantibus
quantitatibus interminatis corrumpi ipſi
materiæ, videtur quòd ſibi debeatur locus.
Nam videtur quòd ratio locandi abſolute
ſumatur à quantitate, iuxta illud Philoſo-
phi quarto phyſico. textu commen. 76. Si
corpus cubum ſeparatum à qualitatibus
ſenſibilibus ponatur in aqua, tantum cedet
ſibi aqua, quanta eſt ſua diſmenſio. Ad hoc Solutio.
dicerentur q̃ materia ſub quantitatibus in-
terminatis conſyderata vt abſtrahit ab om
ni forma ſubſtantiali, & ab omni qualitate
ſenſibili, vt ſic non eſt ens, niſi in anima ſm
viam Auerr. 3. meta. cõm. 14. & ita etiam
diceretur eſſe in loco ſm imaginationem,
aut ſicrerent eſſe in loco indeterminato,
ſed q̃ ſit in aliquo loco determinato requi
runtur quantitas terminata & forma, ad quã
conſequuntur tales quantitates. & ſic dicemus
ſubiectum generationis non occupare lo-
cum determinatum, & ſi illud ſit materia
quanta. Soluitur igitur contradictio quod
Commen. non dicat q̃ illud, ex quo aliquid
generatur ſit in loco per ſe, ſed dicit q̃ hoc
eſt, aut per ſe, aut per accidens, ſicut dicit
de materia. ecce quòd vult materiam eſſe
in loco per accidens. ſed quando dixit. 4.
phyſico. cõmen. 8. q̃ materia non eſt in lo-
co, intelligit eam non eſſe in loco per ſe. &
ita non contradicunt. Aut aliter, non eſt
in loco determinato, eſt bene in loco inde-
terminato. Sed prima ſolutio eſt magis ad
mentem Philoſophi, & Commenta. primo
de generatione text. commen. 27. ſicut vide-
re poteris.

Tertia cõtradi. eſt in cõm. 9. Dicit Cõm. 5. phyſicæ
q̃ contrarietas, quæ eſt in loco, latet. & eam cõm. 9.
dem ſententiam habet. 8. phyſico. cõm. 16.
Hi tres tamen oppoſitum videntur dicere. 8.
metaphyſi. cõmen. 4. & 10. metaphy. cõ. 13.
vbi habet q̃ contrarietas in rei veritate pri-
mo inuenitur in eis, quæ ſunt in loco, ideo
accepta eſt in definitione contrariorum di
ſtantia, cum dicitur, contraria ſunt, quę ſub
eodem genere poſita maxime diſtant. Re-
ſponderur, vt ſupra Cõmmen. 4. cœli, cõ. 3 8.
q̃ contrarietas, quæ eſt in forma, & qualita
te, & in loco, dicitur æquiuoce. quia contra-
ria in qualitate, & in aliis prædicamentis
ſunt ſolum duo in forma, & ſunt vnum in
ſubiecto: ſed contraria in loco ſunt contra-
ria tam ſecundum ſubiectum, quàm ſm
formam. Et quia de ratione contrariorum
eſt diſtantia: & plus diſtant illa, quæ ſunt
duo in forma, & duo in ſubiecto, quàm il-
la, quæ ſunt duo in forma & vnum ſubie-
cto: ideo contrarietas ex natura rei primo
& ideo contrarietas in loco quàm aliis com
competit contrariis in loco quàm aliis con
trariis. Accedit ad hoc, vt dicit etiam Cõm.
10. meta. cõm. 11. diſtantia in loco eſt maxi-
ma, ſ. cœuans ad circumferendiam: & iſta di-
ſtantia eſt cauſa in contrarietate ſubſtan-
tiarum corporũ propriorum iſtis locis. ideo
contrarietas primo reperitur ex materia rei

in loco, quia in alio contrarie aberit pars dicta motorum. Et hoc etiam asserunt Cō. 4. phy. cō. 1. dum dicit ꝙ cor pota contraria pro naturam moueunt ad loca contraria secundum naturam. quia loca non solum sunt extra ma vnum longe, rectas longissime, sed & cum hoc sunt cōtraria pro potentia. ita etiam, quarum substantiae sunt simules contrarie, habent substantias contrarias aliquo modo. ecce quod vult contrarietatem in loco esse causam contrarietatem in substantia. & in quadruplico modo, quo in substantijs contingit substantiae contrarietas esse. Et licet sit quod cō. ar arietas primo reperiatur in loco, tamen non est notum quod omne quod localiter mouetur, contrarietatem talem habeat. & sic dicit Cōmentator in hoc quinto. cō. 19. & octauo physic. 16. & secundo physico. cōm. 9 Quod contrarietas, quae est in loco, licet non qua illa tantum quod sit contrarietas, immo est prima & causa aliarum, & ponitur in diffinitione aliarum tanquam notior, sed licet patet hoc, quod non est notum per se eam inesse cuilibet motibi, quod mo motus localis & sic motus est contrarietas, licet vides. Sed contra dicit immutationem illam dubitare subditum magistrum ita ma quae nunc non esset vera cōtrarietas dicit quod dicimus, contraria sunt, quae habent hinc circa idem subiectum non simul, sed successiue: modo, si contraria in loco sunt duo in subiecto, & duo in forma, manifestum quod aliquo modo circa idē subiectum habet fieri, nec simul, nec successiue. Et ad hoc dicit quod argumentum istum demonstrat, nam locus superior vnus si numquam fiet inferior. & dicit declarationem illam verificari de contrarijs in qualitate, non de contrarijs in loco, & dicit cum Aueroe contra. 18. quarto de cælo contrarietatem non dici vnoce, sed equiuoce vel analogice de his & de illis. Aut aliter. ali quid contrarie, aliquid ratione generis, quod tamen repugnat eidem ratione speciei, sicut patet sexto physicorum commento decimoquarto & septimo physicorum cōmento secundo.

1. physico. com. 19.

Quarto contradicit est in com. 19. Commentator dicit quod non fit motus nisi per admotionem contrarij. Oppositum. secundo cœli commento. 15. Solutio. in habentibus contrarium fit via Cōmē. remotio per admotionem contrarij, & per oppositum intentio per remotionē à contrario, unde aliud Philosophi, aliud est albū, quod est nigro imperuentibus. in caremibus vero contrarijs, fieri est hominem, & alia huiusmodi, non est sic. Et idem Cōm. in com. 15. de cælo sum allegans supra. & non sequitur ex remotio sit semper ex mutatione contrarij, sicut dicit Aber. in multis locis.

Quinta contradicit est in comm. 11. Dicit generationem non esse motū, quia forma est indiuisibilis. Sed oppositum videtur tenere de formis elementorum. 1. cœli cō. 6. vbi tenet ꝙ in endumque & remittuntur. Solutur. de ratione motus dare conditiones requisitas. vna ꝙ subiectum fit ens in actu, alia ꝙ forma sit diuisibilis. vnde quia physicorum probatur ad relationem nō esse motum. & eiusm septimo physicorum de prima specie qualitatis. Et commentator 6 physico commentum 1. probat ꝙ ad tria non est motus, quia est relatio. & relatio cō subsit in indiuisibili. Et aquinas ait quod subiectum sit in actu, quando physicorum sex. commento. 8. Et propter hoc in formis eductis de potentia materiae, quandam sunt perfectae, non successibiles, neque remissibiles, sicut sunt formae numerorum. & de alia manuae verificant dicta Commentatoris, ꝙ generatio talium non est motus, quia tales sunt indiuisibiles, dicit non successiue acquisibiles, sed per instans acquirentur. Formae autem elementorum sunt modae inter subsistentiam & accidens secundum Commentatorem sexto cœli commento 67. & tales partibiliter acquirantur, & successiue. Ideo earum generatio non est motus, quia subiectum non est ens in actu. Vide quae scripsi primo physicorum commento secundo, & septimo secundo.

Sexta contradicit est in commen. 11. Dicit Commentator ꝙ vltima non sunt in loco, nisi per accidens, non essentialiter. Sed hanc oppositum ipse scribet primo de generatione commento 19. vbi habet ꝙ linea, superficies, & puncta non sunt in loco, neque secundum se, neque secundū accidens. Solutur. Solutur. aliquid mouetur per accidens contingit dupliciter, pure, & non pure. Appello illud moueri per accidens pure, quod praecise mouetur ad motum alterius, & nullo modo potest per se moueri. & illo modo intelligitur dictū Com. hic in commen. 11. quando dicit, ꝙ vltima moueantur per accidens, i. pure, quia praecise mouentur ad motum illius, cuius sunt vltima. Alio modo aliquid dicitur non pure per accidens moueri, & est illud, quod mouetur ad motum alterius, quod tamen, si separatū fuerit ab eo

ab eo.ad eaſdem motuum ducitur mouent. poterit per ſe mouere, ſicut mouens partes ad mouens totum.quia pars ſignatum à toto poterit per ſe mouere.ſicut patet. 4. phyſicorū commento. 11. & quinto phyſico. commento 30. primo.& primo de anima cōmento. 17. Et propterea hoc dixit Cōmentator ſexto phyſico.cōmento 66.quòd motus partis in toto non eſt motus pure per accidēs. Formaliter igitur ſolutum.decimus quòd quinto phyſico.cōmen. 12. loquitur de accidente puro, primo de generatione. 19. loquitur de accidente non puro. Aut aliter ſolui poteſt, quòd Cōmentator primo de generatione loquitur ex ſententia Platonis, contra quem arguit hic Philoſophus. Plato enim poſuit mathematicas eſſe ſubſtantias corporum naturalium.& quia ipſe poſuit talia.ſecundum conſequentiam, verum etiam ſecundum eſſe ſeparata à ſenſibilibus, videtur ſequi ergo talia nullo modo in loco eſſe,neque per ſe,neque per accidens, realiter loquendo. in quinto autem phyſicorum loquitur ſecundum ſententiā Ariſtotelis.& dicit,quòd talia ſunt in loco per accidens,quia locatorem ſui ſubiecti,quod eſt per ſe in loco. Et iſta ſolutio non eſt remota à veritate ſecundum rem ipſam. tamen,ſicut dicit Cōmenta. primo de anima cōm. 26. veriſimiliter hodie non poſſumus intelligere operationes Antiquorum,quia non ſunt notæ apud nos.

hyſica. n. 14.

Septima conſequētia eſt in cōmen. 34. Dicit Cōmentator tempus conſiſtere motum. Hanc tamen oppoſitum habetur ſupra in hoc quinto cōmento tertio,vbi enumerata ea, quę conſiſtunt eſſentiam motus, non enumerat tempus. Reſpondetur, quòd rectus conſyderare motum in ſua qui dicunt,& rectus conſyderare ipſum,quòd ad ſuam veritatem conſequuntur ipſum. Et tunc dicimus, quòd motus conſyderatus quidcunque conſiſtunt in ſua diffinitione ex tribus & talia ſunt ſubiectum,terminus ad quē,& terminus à quo. Vnde Com. ſic conſyderatum motum,& Philoſophus. 5. phyſic. tex. cōmen. tertio,nam ipſe dicit ibi, quod ſubſtantia motus conſiſtunt ex iſtis tribus cauſis exiſtentibus in eo non extrinſecis. & ideo non numeratur motuum, aut tempus, vt ipſe habet ibi. Sed conſyderatio motus, quòd ad ſui veritatem numeralem, bene concurrit veritatem temporis, & motoris & ſic conſyderatur motus ab Auctore. & ab Ariſtotele. quinto phyſicorum. 14. quando dixit quòd ad veritatem numerā di motus requiritur veritas temporis. & ſic eſt cum conſyderatur motum in octauo phyſ. tex. commen. 82. vbi dixit motum proiectorum non eſſe continuum, ſed veleri ob aerem. Et reddendo cauſam dixit.ob.a. vnd eſt motus vbi expreſſe patet motoris veritatem requiri ad continuitatem, & veritatē motus,quæ tamen non ſunt de quidditate motus,licet ſunt conſyderati.

Octaua conſequētia eſt in 35. cōmento ad veritatem numeralem motus dicit tria requiri:& hæc ſunt veritas ſubiecti, veritas mobilis,& veritas termini ad quem. Sed hæc ſunt oppoſitum videtur. 8. phyſic. tex. cō. 82. vbi habetur quòd vera hæc requiritur veritas motoris. Ad hoc dicitur quòd Ariſtot. non poſuit hæc veritatem motoris requiri ad veritatem temporis,quia nondum declarauit eſt verum omne motum ab alio fit motum.& ideo tacuit illud differens illud vltimo ad. 8. phyſ. verum autem in aliquo caſu poſſit eſſe veritas motus à pluribus motoribus permanet ad octauum phyſicorum.ſed pro nunc demittatur.

5. phyſico. com. 35.

Solutio.

Nona conſequētia eſt in eodem cōmento. 35. & cōmento ſequenti. Quia in hoc commento dicit tria illa requiri ad veritatem motus, ſcilicet tempus, ſubiectum & terminum. Sed contra. ſequens ſolum ſubiectum & terminum requiri dicit. Niſi eſſet,quòd veritas motus magis intime dependet ab veritate ſubiecti, cùm ſubiectū motus ponatur in ſua diffinitione, & enim terminus ad quem, qui eſt ex ſubſtantia motus,quia ab ipſo ſumit ſpeciem, cùm non differat ab ipſo, niſi ſicut imperfectū à perfecto. ſexto phyſicorum cōmento. 4. motus autem à tempore dependet tanquā ab aliquo extrinſeco,& non quidditatiue per ipſum, ideſt tempus non eſt de quidditate eius,ſicut dicit Cōmentator hic in cōmento trigeſimo quinto, quòd accidit naturæ motus,quòd ſit in tempore,non quòd motus quidditatiue per tempus,ideſt quidditatiue conſiſtunt per tempus & ideo tacuit Cōmentator in cōmento ſequēti tempus,quia ſolum conſyderauit motum, quòd ad præcedaria, quæ conſiſtunt ipſum quidditatiue. licet autem ſubiectum non ſit de quidditate accidentis, ſufficit tamen, quod ſit de latiuum quidditatis eius.

5. phyſico. com. 35.

Solutio.

Decima conſequētia eſt in cōmento. 37. Dicit omnem motum continuum eſſe. Huius tamen oppoſitum dicit. 5. phyſi. cōmen. 6. & 8. phyſico. cōmento. 23. vbi habet motum augmentationis non eſſe continuum.

5. phyſico. com. 37.

Solutio. Solutur. motui, sub ratione qua motus, non repugnare consentaneum. sicut culpe inquantum animal non repugnat vitio tamen motui applicato ad materiam aliquid similibem determinantem sue contrarietatis sibi repugnare. sicut est in ratio de motu augmenti, qui non potest esse cōtinuus, sicut probat Cō. in tertio allegatus. adhuc ad prob hoc vnum & idem possibile cum vno & eodē re nō repugnare sub ratione cōmuni, & sub ratione generis, quod tamen repugnabit illi sub ratione speciali, sicut culpe, vt culpe, non potest voluntati vt animal nō sibi repugnare. Arguitur autem in hoc quia in physico & in. 6. considerat motum in communi, nō applicando ipsum ad aliquas mobilia determinata. Et ideo omnia, que verificantur de motu in illis locis, verificantur sub ratione communi, quę tamen communia non repugnant rationibus specialibus aliorum motuum. Vide pro hac solutione in fonte Auerroys capitale. 6. physico. commento 1. in fine de tertio, sequentem textum, & sequentem corpus.

5 physico. com. 48. Videtur ista contradictio esse in cōm. 48. Dicit Auer. terminum à quo non esse de substantia motus, sed esse accidens motui. Sed non opponitur huic nostro in dicto ar° supra in cō. 5. huius quinti. Solvitur. terminus, à quo dupliciter potest comparari motui Vno modo absolute: & sic est de quidditate motus, cūm ponatur in eius definitione. motus. n. est de affirmatio in affirmatiū. Alio modo respective, videlicet in comparatione ad terminum, ad quem. Et sic terminus à quo est accidens respectu motus in respectu termini ad quem. motus enim termino ad quem identificatur & reponuntur in specie, non autem per terminū à quo. terminus. n. à quo abjicitur. Sumitur igitur hic accidens prout omne illud, quod non est aque necessarium, sicut alibi. & quia terminus à quo non est aque necessarius motui, sicut terminus ad quem, ideo nomen accidentis accepit. & hoc est de mente Cō. infra in cōm. 49. vbi dicit q̄ licet contrarietas in motibus sit tam ex termino à quo, quam ex termino ad quem, magis tamen motus sunt contrarij ex termino ad quē, quam ex termino à quo

Solutio.

SOLVTIONES contradictionum in dicto Arist. & Auerroys.

Super Sexto Physicorum.



Contradictio est in sexto phy in cōm. 16. Dicit Commentator q̄ exempla, quæ adducuntur in textu ad hoc, ut sermo sit manifestior. Huius tamen oppositum ipse scribit. 4. physic. com. 72. Solutur. q̄ exemplificatio in textu ad duo potest comparari, videlicet ad materiam subiectam, de qua est sermo. & sic tales dicuntur esse manifestationes sermonis. & isto modo vtitur Philosophus plerumq; in libro priorum, & in libro posteriorum. Alio modo possit comparari ad exempla communia in materia de qua manifesta. & q̄ secunda sequatur primā, sic sermo reddetur manifestior. Et isto modo loquebatur Commentator 4. physico. commen. 71. inquit enim & cum dicit exemplum de loco, dedit exemplum de materia, vt demonstratio sit manifestior. Primo autem modo loquebatur hic quas dicit quod Aristote. adduxit exemplum in textu, vt sermo ei° sit manifestior. quando enim casus ponit in terminis, reddunt magis clariores. 6 phy com 16

Secunda contradictio est in cōm. 41. habet Cōmen. q̄ transmutatio in substantia est principaliter transmutatio. Huius in oppositum dicit in hoc sexto commento 12. vbi dicit transmutationem in substantia non esse transmutationem, sed finem transmutationis. sicut vniuersaliter est de qualibet transmutatione inducibili. sicut habet etiam ipse. 4. physico. commen. 129. vbi habet transmutationem duci aquore de transmutatione per se, & de transmutatione que non est per se, sed est finis transmutationis. & consimilem sententiam habet ipse. 6. physic. in commen. 45. Solutur transmutatio in substantia dicitur simpliciter & principaliter transmutatio terminata, quia terminatur ad illud, quod est simpliciter & principaliter ens. 7. metaphy. tex. commen. 4. substantia precedit accidens. Et sic dixit Philosophus primo de generatione. tex. cōm. 11. & 5. physico. tex. cōm. 7. generatio substantiæ est simpliciter transmutatio, accidentium vero non est simpliciter transmutatio, sed est aliqua transmutatio,

termino à quo, quam ex termino ad quem

mouendo, & quandam cuiusdam. tamen in
ratione motus formaliter semper transmu
tatio in substantia non dicitur principali-
ter transmutatio, sed est finis transmuta-
tionis, nec est motus, sed sequitur motum
Et sic authoritates contrariae procedunt
vijs suis.

6. physic. tex. 41. Tertia contradictio est in eodem cō. 41.
Dicit inter nō ens & ens nihil mediare. Huius
tamen oppositū habet. 1. phy. cō. 78. & 12.
Solutio. meta. cō. 11. & 5. phy. cō. 8. de materia. Solui
tur. 12. meta. cō. 11. Non ens sumitur tripli-
citer. Primo, pro illo, quod non habet esse,
nec imaginationem, & istud est vere nihil,
& solum istud. vnde illud, quod non habet
esse, nec imaginationem, est illud, quod im
plicat contradictionē, & tale est vere nihil.
nam tale non potest facere vnum per se cō
ceptum, nec sicut obiectum cum obiecto,
nec sicut modus cum obiecto, sicut dicit
Subtilis doctor in secunda quaestio. Quoli-
betorum, & Commentator. 4. methororum
commento nono, qui dicit aliquod intelli-
gibile, ponit hoc fundamentum quòd op-
posita non congregantur in simul. Alio mo
do sumitur pro priuatione existente in pri
ma materia. Tertio modo sumitur pro il-
lo, quod non est in actu. Tunc dicitur quod
inter non ens primo modo, & ens nihil, ca-
dit medium: quia talia contradictione op-
ponuntur, quorum non est medium secun-
dum se inuenire primo post. & 10. metaph.
tex. cō. 21. & sic loquitur Commenta. in hoc
cō. 41. huius sexti. Sed inter non ens primo
modo, s. inter non ens simpliciter & ens in
actu, est bene dare medium. Et istud est ens
in potentia, talia autem non opponuntur
contradictione. vnde ens in potentia non est
vere nihil neque est ens, sicut Philosophus
dicit. sed medium inter vtrunque, & sic lo-
quitur Commen. in alijs locis allegatis.

6. physic. tex. 59. Quarta contradi. est in com. 59. Scribit
Commen. accidentia carnis induci in ma-
teria ante formam substantialem carnis.
Huius tamen oppositum habet primo cap.
de substantia orbis, vbi dicitur quod acciden-
tia consequentia formam sequuntur for-
mam. Accedit ad hoc quod subiectum accidē-
tium est ens in actu. 2. de anima. cōm. 4. &
Solutio. alibi frequenter. Soluitur. accidentia sunt
in duplici differentia. quaedam in fieri, & ta
lia ab Auerroistis interminata dici con-
sueuerunt. & quaedam sunt in facto esse, &
talia dicta sunt terminata. Tunc dicimus
accidentia in fieri praecedere formā in ma-
teria, sed terminata sunt post formam po-
sterioritate naturae, non temporis vt scribit
ipse primo capitu. de substan. orbis. Replica
primo de generatione & corruptione, gene
ratio est transmutatio totius in totum nul-
lo sensibili remanente: ergo videtur quod om-
nia accidentia fundentur in composito, &
per consequens non est dare accidentia prę
cedentia formam in materia. Soluitur. ibidē
dicitur nullo sensibili remanente vt subie-
cto. vnde accidentia interminata, licet prę-
cedant formam in materia secundū Auer.
propter hoc tamen non dicimus ea conue-
nire in ratione subiecti, sed sunt dispositio-
nes subiecti, quod est materia. Et hoc aduer
tens Commenta. dixit. 2. de anima com. 4.
subiectum formae substantialis, secundum
quòd est subiectum, est ens in pura poten-
tia: datur intelligere nullam aliam rem ha-
bere rationem subiectiuam praeter ipsam
materiam. Replica. nunc ergo accidens re-
manebit corrupto subiecto, & migrabit de
subiecto in subiectum. Soluitur. licet pro-
ximum subiectum alterationis sit compo-
situm, radicale autem est ipsa materia, quae
est pars essentialis compositi. non enim
oportet, vt inquit Commenta. primo de ge
neratione commen. 1. quod subiectum trans-
mutationis substantialis sit aliud à subie-
ctis aliarum transmutationum: alioquin
sublato tali subiecto, remanere possent su-
biecta aliarū transmutationum: quod est
merum impossibile. & sic non est ibi tran-
situs de subiecto in subiectum, quia manet
subiectum radicale talium accidentium in
aduentu formae, quae inducitur, sicut mane
bat in corruptione formae praeexistentis. 6. phy. te. & cō. 86.
Quinta contradictio est in commen. 86.
Dicit Philosophus & Cōmē. quod indiuisibile
mouetur per accidens. Instantia est de po-
lis ipsius orbis, qui omnibus modis sunt im Instantia.
mobiles, sicut patet. 2. caeli cō. 14. Soluitur.
ibidem dicitur quod quies polorum est quies
metaphorica, & non est vera quies. Sed ista
propositio, in qua cōmuniter dici solet po-
los orbis immobiles esse omnibus modis,
verificatur ad imaginationem Mathema-
ticorum, abstrahentiū à motu. propositio-
nes. n. ipsorum ferè oēs sunt verę ad imagi-
nationē. 2 phy. cō. 60. Naturaliter tñ loquē
do, ipsi poli, siue sint aliquid diuisibile, siue
indiuisibile, mouentur per accidens ad mo
tum orbis, in quo sunt formaliter. Et ex hoc
patet quod illi, qui tenent intelligentiam esse
formā caeli, non rectè respondent ad argu-
mentum, per quod probatur quod tunc ipsa
moueretur per accidens. quia omne, quod
formaliter

formaliter est in re mota, sicut forma subsistens mota, vel sicut pars in toto, vel sicut terminus in terminata, movetur ad motorem vel movet per accidens. Quidam solebant dicere volentes multa solvere aliud argumentum, dicendo inflammam de polo mundi, qui formaliter est immobilis orbis, & tamen non sunt mobilia aliquo pacto, nec per se, nec per accidens. Sed ego replicavi per authoritatem ad hoc Auer. in commento allegato. 1. de cœlo, & in 4. phy. cō. 118. vbi habet q̄ quies polaris est res aliquo modo mota, & non immobilis. Et facta replica nullum amplius loquutus.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerroys,

Super Septimo Physicorum.

7. physic. cōm. 1. & cōm. 4.

[D]icit Commentator super cō mento primo & quarto septimi physic. q̄ primum motum in animali est cor. Hoc tamen oppositum manifestum primo de anima commento 17. vbi dicit, quòd sunt pedes. Solvetur primo quem, & sua solutio fundatur in motu est optimum cor: sic probat Philosophus in. 1. de partibus animalium cap. 10. & in libro de sensu & sensi. & in. 1. de anima expresse habet cor esse originale principium omnis motus existentis in animali, sicut patet in text. cō. 55. & in libro de motibus animalium. Et ista sunt sententia omnium Antiquorum Peripateticorum, quicquid dicant Moderni recentiores, & confundentes opinionem Peripateticam cum opinione Medicorum. videtur Alexandri in paraphrasi de anima. videtur Themistius. & Simplicius in. 2. de anima, & videbimus, manquod cerebrum sit principium motus vel sensus de memoria Arist. Deo igitur cor esse principium motus animalis. 1. & ex motus attribuitur vt origini & vt principi: pedibus aut attribuit tanquam instrumento, quò ad extra manifestetur, & exaptationi demandetur & sic teneo cum Aristotele & pene totis Peripateticis esse de qualibet sensatione, siue sit sensuum ex teriorum siue sit sensuum interiorum, q̄ qualibet talis sit a corde, tanquam a radicali principio. & ista est solubilis sententia Aristotelis, licet Auerro. pro parte, non ex toto attigerit veritatem, sicut alij antiquiores. Moderni autem in hoc aberrant manifeste, & non est excusabilis ignorando ea quae sunt aliorum in sermonibus latis & non possunt adhuc ex aperte verba principis.

Secunda contradictio est in commento Vadecum Commentator habet qualitates sensibiles esse differentias corporum coelestium. Et tamen oppositum habet ipse in quinto physicorum commento decimo, & octavo metaphysicorum commento 1. contra Alexandrum. Moderni voluerunt gravitatem & levitatem esse formas substantiales elementorum, motus forte propter authoritatem allegatam hic ex videlicet commento. & ex authoritate ipsius Commentatoris secundo de anima male intellecta, commento. 108. vbi habet gravitatem & levitatem esse substantiam. Sed ista opinio est purus error, quia quod vna est accidens alterius non est substantia, in his, quae vniuersaliter dicuntur. sed gravitas & levitas elementi est eadem ratione cum gravitate & levitate mixti, quod patet ex operationibus essentialibus ipsorum. cùm igitur in mixto sint accidentia, quomodo in elementis erunt substantiae? Ista arguit Commentator contra Alexandrum quinto physicorum commento decimo, & octavo metaphysi. commento. 5. Sed dicunt quòd rationes Commentatoris, sic procedunt de aliis qualitatibus, non autem de gravitate & levitate. Contra. Philosophus secundo de generatione. textu commenti octavi enumerat qualitates elementorum, & tamen non facundo de Partibus animalium capitulo primo, & ibi potius gravitatem & levitatem. Amplius, quo modo solvetur ratio facta? atque enim ratio procedit de gravitate & levitate, sicut de aliis qualitatibus. & quomodocunque fuerit volueris ista solvam pro Alexandro rationem Auerroys. Amplius, forma substantialis non est sensibilis sensu exteriori. sed gravitas & levitas sentiuntur sensu tactus, sicut patet secundo de anima, text. cōmen. 108. ergo, &c. Solvunt q̄ forma substantialis est sensibilis a sensibus hominis. Nam secundum Auer. in commen. super libro de sensu & sensi. homo comprehendit differentias rerum, & earū intentiones proprias quae sunt in re sensata, qua si medullam de fructu: animalia autem bruta comprehendunt ea, quae sunt extra, quasi corticem fructuum. Sed contra. quia sensus brutorum etiam sentiunt gravitatem & levitatem. nam alimus magno pondere oppressus doleret, quod non esset, nisi gravitatem sensu tactus sentiret, igitur gravitas est simpliciter accidens.

accidens. sed qualitates grauium est vnius & eiusdem rationis essentialis. si igitur quod vere est, nulla accidit. si grauium & leuium in elementis essent formæ substantiales: quod ignur essent accidentia in mixtis. Multa etiam alia inconuenientia deuitio horum in causa. nam tunc substantia substantiæ per se primo contrariarentur, & multa huiusmodi. Dicamus igitur differentias vltimas corporum simplicium esse nobis ignotas, & circumloquimur eas per suas proprietates. & hoc colligimus ex sententia Philosophi in octauo physicorum in textu comm. 11. vbi habet quod essentia grauis est vocata a inferius, & essentia leuis est vocata superius. & tamen supra. 27. dixit motum sursum & deorsum esse actiones grauium & leuium naturales: quod non contingeret, nisi esset verum, quod diximus. & hoc est etiã de intentione Auerro. octauo metaphysicorum commen. 5. & 7. metaphysi. commen. 41 Grauia igitur & leuia sunt differentiæ circum locorum elementorum, & non sunt vere formæ substantiales illorum, sicut loquunt Moderni. Quomodo autem authoritas Commenta. in secundo de anima soluatur, illorum patebit in sequenti contradictione.

Tertia contradictio est in eodem commen. Dicit grauitatem & leuitatem esse qualitates tangibiles. Oppositum habet secundo de anima. commen. 108. vbi dicit quod sunt substantiæ. & 5. metaphysi. commen. 18. dicit quod sunt qualitates. Soluitur. formaliter qualitates sunt, sicut dicit Philosophus. 2. de generatione, & secundo de partibus animalium sunt substantiæ, imitatione, & similitudine quod ad modum imitandi sensum. Nam licet substantia non immutat sensum, nisi mediantibus accidentibus, sic grauitas & leuitas non immutant sensum tactus, nisi mediante motu: & sic assimilantur substantiæ, & non sunt illis, sed sicut ille. In. 5. metaphysi. commen. 18. dicit eas esse quantitates secundaria intentione. sicut ipse dicit ibi. nam dubitant eade diuisione, qua magnitudo diuiditur, tanta illud Philosophi primo cæli in maiori quanto est maior virtus. tamen ipse in se sunt qualitates naturales. Et sic sedatur contradictio.

Quarta contradictio est in com. 15. Dicit raritatem & densitatem esse qualitates. sed quarto phy. 8. 4. dicit quod sunt quantitates. Contradictio ista in quarto fuit soluta, in commento. 8. 4. ideo recurre illuc.

Quinta contradictio est in commento vigesimo. Dicit quod scientia dignius est vt sit ad aliquid. Oppositum dicit decimo metaphysicæ vigesimo secundo & in principio commen. vbi habet quod sit qualitas. Solutur. formaliter qualitas est, & maxime in nostro intellectu. ad eam tamen consequitur relatio ad subiecta. 5. metaphysicorum 30. Verum autem dictum Philosophi in septimo physicorum tex. commen. vigesimo, & sui Commentato. habent locum secundum mentes eorum, vel secundū mentem Platonis, non est præsentis speculationis. Also tamen morio potest declarari sententiam esse in capitulo relationis, tam secundum mentem Platonis ponentis nostrum scire esse reminisci, quàm secundum mentem Auerrois ponentis virtutem intellectus colligari cum intentionibus imaginatis in malligedo. Sed ista pertinent ad scitum de anima, nec est opus præsentis negocij. nam sufficit nobis magnifice Domine in istis fragmentis intellectum tuum ex cutare, nec opus est calcaria subdere spontaneo.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auic. & Auerrois,

Super Octauo Physicorum.

IN octauo physi. commen. 2. est contradictio de opinione Anaxagoræ, &. 1 physi. com. 32. Sed quia in primo physic. commen. 32. fuit soluta, ideo non oportet eam hic repetere. 8. physico com. 2.

Secunda contradictio est in commen. 4. Dicit Auerroys si materia esset denudata ab omni forma non posset aliam formam recipere. Huius oppositum videtur quinto physicorum tex. commen. octauo vbi dicitur quod materia, secundum quod est ens in pura potentia, est subiectum recipiuū formæ. quæ per generationem inducitur. Aliqui ex Antiquis, quos multi Moderni imitantur, tenent formam corporeitatis de intentione Auerro. & sic tenendo viam istam dicerent quod Commenta. dixit hic quod, si materia esset denudata ab omni forma. & præcipue à forma istã corporeitatis de prædicamento substantiæ, tunc vtique non posset aliam recipere: quia talis forma est necessaria, tum quia, vt dicunt, omnes formæ reducuntur de potentia eius, tum quia est dispositio materiæ ad hoc, vt 5. physico com. 4. Digressio de forma corporeitatis. Nicolai Soti opinio.

ipſã recipiat formas ſpeciales. Nam, cum materia ſua natura ſit a forma remota, oportet materiam neceſſario diſponi per talem formã generalem imperfectam tum ea propter perpetuitatem dimenſionum interminatarum, quas ſuæ materiæ conferunt, nullam enim accidens valeret habere perpetuitatem, niſi propter ſubiectum, & ideo videtur quod talis dimenſio fundetur in materia mediante forma corporeitatis: prædicam ergo ſubſtantiæ tibi contraria. A ſtrude hanc opinionem eſſe Auerro. in habuimus per quas ſerio cæli communem 6. vbi Ariſt. in littera habet oportet autem forte ſempiternorum ſenſibilium ſenſibilia, ſempiternum vero ſempiternum, corruptibilium autem corruptibilia eſſe principia. Commenta. gloſam illa verba inquit quod hoc habet veritatem de principiis propinquis, & non remotis rerum ſenſibilium quia talia non ſunt ſenſibilia, ſicut ſunt prima materia & prima forma per primam autem formam, vt dicunt non poteſt intelligi, niſi forma corporis, nõ enim dimenſio eſt principium ſubſtantiæ, quia illa eſt accidens. item talis eſt ſenſibile commune. Amplius Commen. 1 phyſic. commen. 17. exponens quomodo forma diuiſa priuatio, dicit q̃ primum eſſentiam in prima materia eſt quaſi forma materiæ, & non eſt priuatio. hoc autem non videtur poſſe intelligi niſi de forma corporis ſubſtantialis: quia illa non eſt ſimplex priuatio, ſed eſt quædam generalis priuatio, de quo omnes formæ educuntur. Amplius Cõmen. 7. meta. cõm. 29 reddens cauſam, quare quædam generantur ab arte tantum, & quædam à natura & arte, dicit q̃ in illis, in quibus eſt pars poſſumus naturalis ſimilis artificio, illa poſſunt à natura generari & ab arte ſed illa, in quibus non eſt pars poſſunt naturalis ſimilis artificio, talia generantur ab arte tantum. videtur igitur generatio rerum naturalium præſupponere aliquam promptitudinem in materia ex qua educuntur. & hæc non poteſt eſſe niſi forma ſubſtantialis corporis. Amplius ratione probatur ſic dimenſiones ſecundum Auer. remanent eædem in genito & in corrupto, tunc quæro vel ſecundum rem eſt illa remanentia, vel ſecundum rationem. Si ſecundum rationem, tunc nõ erit niſi ſm ſpeciẽ, quod tamen Auer. negat, quia ponit eas remanere eaſdẽ numero. Si aũt ſm rem remanent, tunc oportet ponere formã ſubſtantialem contentã materiæ, per quam illa ſemper remanent: vel oportet materiam ſm eſſe rem

le non dependere à forma, quod eſt contra Auer. 11. metaphyſ. cõm. 14. Non autem à 6 mentionem confirmãs iſte ſpeciales quæſtiones ſuper adductionibus noſtris quæſtionum metaphyſicalium Iohannes de Caſale tamen hoc aliqua tangit, quæ ibi patebunt in contra oſtium vii. Et quia omnia contradictoria auctore veritate in primo cœli ſunt dicta eſſe rata ſupportantibus talibus opinionem multa videtur q̃ illa nunquã fuerit opinio Auer. nec Ariſt. ſicut patet ex dictis Philoſophi in 1. phyſ. & in 2. de generatione vbi dicebatur Antiquos ponentes ſubiectã generationis eſſe aliquod habens formam, & enim hoc eſſet, cuius quidem formæ conſequuntur accidentia, per quæ ſenſui poſſit, tunc accideret ſubiectum generationis eſſe ſenſibile, quod eſt contra ſenſum. Et illa via procedens Philoſophus poſuit ſubiectum generationis eſſe ens in puta potentia, non habens aliquam formam ſubſtantialem conſeruatam, neque generationem, neque ſpecificam, forma enim generis, & forma ſpecies vna eſt, & eadem apud q̃ quæ talis de vna & eadem re per le perdi cantur. Ita enim probatur. 4 met. tex 68. 1. eius & vnum eandem naturam ſignificare, quia de eadem re per ſe perdicantur. Et idco definiens generationem, primo de generatione 49. dicit q̃ generatio eſt tranſmutatio ex ente in non ens, nullo ſenſibili remanente, vt ſubiecto, quod non dixiſſet, ſi opinatus fuiſſet materiam eſſe corpus, immo dicens Antiquos hoc opinantes. Nec aliquis locus eſt in Auer. vbi ponat talem formam, immo reprehendit Auic hoc opinantem in 1. phyſ 6 1. 1. cap. de ſubſtantia orbis, vbi dicit q̃ Auic fuit opinatus q̃ eadem eſt diſpoſitio dimenſionum interminatarum & terminatarum, quod non dixiſſet, ſicut male gloſauit Iohannes & ſequaces, quia Auic poſuerit illam formam in materia ſpecifica. Commenta. autem ponit eam genericam: quia notibi Auic. dixit illam ſecundum manifeſti errores. ſed illud dixit, quia ſm Auicennicentes interminatæ fundabantur in compoſito ex materia & forma corporeitatis, ſicut fundantur quantitates terminatæ. & in hoc d ſtruxit Cõmen. ab ipſo, quia ſm ipſum vnaquæque ex prima materia tunc aliqua forma ſibi permiſcuiſſet. Mirum, profecto mirum, quomodo Auerro. ponat iſtam formam, & tamen in libro de ſubſtantiis orbis, & præcipue in. 1. caſp. vbi manifeſtat omnes diſpoſitiones materiæ, nullam facit mentionem de tali forma ſubſtantiali.

vbi.

vbi postquam concludit materiam esse ens in potentia ad omnes formas, statim subdit quod primum, quod accidit materiæ, est trina dimensio quomodo igitur præterm. de formam substantialem præexistentem, nullam de ea mentionem facit? Authoritates autem adductæ non sonant hoc quidquo enim 3. cœli cõ. 61. dixit principia rerũ sensibilium esse sensibilia, loquitur de propinquis & non de remotis, sicut est prima materia & prima forma, dico q̃ hoc est verum nisi per primam formam non intelligit formam corporis substantiæ, quia vniq; illa sensibilis esset, cum sit dimensionata quantacunque. Vnde mirum est quomodo sibi ad pauca respexerit, dicens Cõm. non posse intelligere dimẽsiones, quas alię sunt sensibile cõmune, cum tamen hoc eadem re sequeret; posset contra eos de forma corporeitatis quia talium erit sensibilis ratione dimensionum, quæ in ea fundantur sm ipsum. & ideo, si dimensiones istæ sunt sensibiles, vt dicunt, consequeretur formam corporeitatis esse sensibilem ratione ipsarum: quod ipsi negant accedat ad hoc, q̃ cum forma gene ris non sit re distincta à forma speciei: & cũ formæ speciales sint sensibiles mediante suorum accidentium: vtique & forma illa sensibilis appareret. Dicamus igitur primam materiam esse insensibilem, quia sm se nullam formam habet, per quam sentiri possit quia illud, quod sentitur, est in actu. quia aũt materia non est in actu per aliquam formam, non est sensibilis: quantitas etiam interminata, quatenus interminata, est ens potentiale, & vniq. ipsa sentiri non potest. Et ideo dicit Cõ. q̃ materia, vt est denudata ab omni actu, est ens rationis: quia solus intellectus hc potest intelligere eam in actu secundo, q̃ non sit forma, nec formam habens. per primam autem formam Cõmentator intellexit Deum gloriosum, qui etiam sensibilis nõ est. dicitur enim esse principium remotum sensibilium, & prima materia, inxta illud Auer. 12. meta. cõm. 18. omnes proportiones & formæ sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore. Et hoc confirmatur authoritate eiusdem. 12. meta. cõ. 6. vbi gloriatur de Sancto Alexandri docentis Naturalem sumere à Deo tanquam principia subsistantia, quæ est in motu, dicebat quod illud habet veritatem de causa formali & finali, non de causa materiali & mouente. Vnde dicimus non quòd prima principia remota rerum sensibilium sunt prima forma & prima materia, tamen prima materia à Philosopho Naturali consyderatur, sed prima forma consyderatur a Diuino. & hoc etiam est de intentione ipsius Auerro. 1. physi. cõmen. 69. vbi gloriatus dictum Philosophi, enumerãs illa tria principia rerum naturalium, s. materiam, formam, & priuationem, ponens differentiam inter materiam & formam, inquit cetera habent aliud principiũ à subiecto, & est forma. sed primum principium in hoc genere, s. in genere causę formalis non potuit scire in hac scientia, sicut primum subiectum. Et hoc idem dixit Philosophus ante ipsum in. 1. physico. ad finem, vbi postquam egit de prima materia dicit. De principio aũt rei formam, verum vnũ, aut plura, aut quot, aut quæ sunt cum aliis genera Philosophiæ primæ est determinare. Si igitur ens naturalia haberent formam corporeitatis tanquam primam, illa vniq. a Naturali consyderaret. Non aduertunt Moderni q̃ aliud est Naturalem consyderare quatuor genera causarũ, & aliud est ipsum quatuor prima genera causarum consyderare. prima enim vera est, & secunda falsa. nam duo prima causarum genera consyderat Diuinus, s. primam formam & primum finem & duo prima consyderat Naturalis, s. primam materiã & primum mouens. ipsa autem prima forma, quæ à Diuino consyderatur, non est forma corporei tantũ. nam sm Auer. prima forma est idem subiecto cũ primo fine & primo mouente. Et hoc est, quod dixit egregie Cõ. nostet. 7. metaphy. cõm. 3. quòd prima quæstio, quã incepit in scientia Diuina, perduxit ad cognitionem primæ formæ & vltimi finis: sed prima quæstio, quam incepit in scientia Naturali perduxit ad scientiam primã materiam, & formas naturales, & primum motorem. Idem confirmatur eodem. 7. meta. cõm. 9. vbi expresse habet q̃ Naturalis potest deuenire ad cognitionem primæ materiæ, non autem ad cognitionem primæ formæ. & ibi dat rationem illius, sicut poterius videre. Idem habet ipse. 3. met. cõ. 3. & 4. meta. cõm. 1. vbi habet q̃ hæc scientia consyderat de nobilissima causarum, s. de prima forma & de primo fine. Nunquam igitur primam formam appellauit Cõ. corporeitatis formam. immo vbiq; locorum, vbi loquitur de prima forma, dicit eam à Diuino consyderari, & dicit illam esse eandem subiecto cũ primo fine & primo mouente: quæ de forma corporis minime veneficari possunt. Ad aliam authoritatem

Cõm. 2.

primo propter

Cōmen. 2. phil. com. 15. dico quòd per primam rationem ibi nō intelligit formam corporeitatis: cum enim illa daretur, non daretur Cōmen. q̄ esset haec forma materiae, sed daretur q̄ esset forma materiae. sed per primam intelligit q̄dammodo primam rationem materiae, quae consistit apprehendendo aptitudinem quae est summe potentia, per quam omnem formarum est capax & mersio illarum apprehendens, quae est aliquid ex natura rei, primum materiae non est simplex primum, sed q̄ sit primum nihil & tale primum est quale forma materiae quae, vt dicit Commentator = metaphisi commen. 6. 6. exponens dictum Philosophi a differentia quam dicit. A. Auer. vt est recipere omnem formam, quid classis possit movere, bene Deus. sed fumit et exponere illa quae est forma materiae, q̄ sit nullam habere formam, & q̄ sam esse receptiua omnium. Et hoc volunt etiam dicere primo cap. de substan. corpo. dicunt dicit q̄ haec ratio materiae subsistentiae per se & q̄ essentia est differentia subsistentia = materiae. & q̄ omnes alii verum conuenientia omni parte Ad aliam rationem Cōmen. 7. meta. cō. 10. dico q̄ sic ponit differentiam inter res artificiales & naturales in hoc, quia formae artificiales non sunt in potentia materiae sua Auer. non. a. materia habet inclinationē naturalē ad tales formas, sed tales inducit ab extra seco mouente, vt testatur ipse. 1. de anima com. 18. Et illa est ratio, propter quam ipse dicit in. 4 meta. com. 11. q̄ solum in naturalibus est possibile, quod stante vnitate materiae possit esse diuersitas formarum propter diuersitatem materiarum. sed in rebus naturalibus non est hoc possibile, quia daretur materiae propriae proprij formis. & ideo res illae in quibus est pars potentiae naturalis similis artificio, possunt induci a natura & ab arte simul. licet est de Medico, qui est manifest naturae, vt testatur Galenus 1. techars ten. Cōmen. 19. vbi dicit. Omnium autem eorum natura operatrix, medicus vero manifest. & Auic. prima fen. quarti tractā. 1. cap. 8. Cutans, licet scientia est virtus, non medicus. quoniam medicus facit pertingere instrumenta ad virtutem. Dicamus igitur q̄ ad hoc q̄ aliqua forma inducatur a natura, vel a natura & ab arte simul, est necessarid in subiecto esse aptitudinem naturalem ad talem formam: & non oportet aliquam formam corporalem ponere, sed sola potentia materiae ad hoc sufficit, ex qua omnes formae educuntur ad actum ex quibus autem ista promptitudo determinata hanc ab arte tantum inducto-positum, sed a natura manente. Et hanc veritatem experientia docuit aliquot Medici. & q̄. 6 ad eam esset ingenium, ellus ingenium ad motum vt dicit Auic. in prima quarti in cap. propino. Et propter quod est non est propter aliud, nisi quia in tali corpore est corrupta omnis potentia, & omnis virtus. & cōplexio, per quā corpus inclinabatur ad sanitatē, licet dicit plusquā Cō cō. 18. 1. techars, & quia inducto sanitatis necessario requirit talem naturae promptitudinem, hanc est q̄ ad eam nullum valet arma ingenium. Formae vero mere artificiales non requirunt in subiecto talem inclinationem. subiectum. n. potius inclinat ad oppositum, cum vna pluribus talis formae inducentur cum dissolutione, & inclusione & remotione partium subiecti. quę cuis artificiales corruptionis, aut talem est in potentia materiae respectu talium, licut dicit subtilis ductus in. 1. sensum dist. 17. ne. 18. quarti vnica. & hoc in casu, quo talis forma non inducuntur contra inclinationem naturalem principij passiui. Ad rationem aliquorum, quam reputant demonstrate, respondetur, cum quaritur an dimensio interminata remanet sine rem, vel sine ratione, dico q̄ remanet vna numero, eo modo, quo materia secluta omni forma dicit vna numero & vt hic est ens rationis, vt metā. cō. 14. illa autem vnitas numerata est pluralitas, licet ipsa vnitas materiae. nam licut materia dicitur vna numero, quia non habet aliquam vnam formā numero, per quam sit haec, sed est in potentia ad omnes formas: ita pariformiter dicendum puto de mensionem interminatā esse vnam numero, pro quanto non habet aliquem vnum terminum, per quem sit terminata, sed fm se est indifferens ad omnes terminos. Et q̄d dicunt q̄ perpetuitas ista requirit aliquam formam subiectantalem in materia, per quā ista materia perpetuo sit sub tali dimensione, nego argumentum. quia alia est dispositio ad identitatem terminatorum, & alia est interminatorum. accidentia terminata bene praesupponunt formam in materia, non ad interminata. Vnde in hoc discrepat Cō. vt supra dixi ab Auic. q. Auic. credidit vna, & eandem dispositionem esse verorique accidentium, q̄ videtur talia in compositio ex materia

materia & forma fundarentur. & ideo posſunt in materia ante dimenſiones interminatas formam corporeitatis ſubſtantiæ. Et, ſi hoc eſſet, vt inquit Comen. tunc forma illa eſſet indiuiſibilis. & non haberet diuiſionem per ſuum ſubiectum, & ipſam eſſe æternam & ipſam non habere contrarium ſibi ſuccedens in eodem ſui ſubiecto. Et, ſi ita eſſet, tunc nullam aliam formam ſibi recipere, præter illam ſibi primam. Et nequit credi aut me tomentare iſta, decreui adducere verba eius formaliter, in primo cap. de ſubſtan orbis. inquit n. ſic. Vnde putauit Auic. q. diſpoſitio cuius dimenſionum exiſtentium in materia ſimpliciter, ſi non terminata: tũ eſt diſpoſitio dimenſionum terminatarum in ea. & declaratam hoc ſubdit. quapropter dixit, neceſſe eſt primam formam exiſtere in prima materia, antequã dimenſiones exiſtant in ea eo ipſo q. non dicit, vt dicunt Moderni q. Aut poſuerit illam formã ſpecificam. & ideo reputauit q. eadem eſt diſpoſitio vtrorũque ted quia putauit q. dimenſio interminata fundaret in compoſito ea materia & forma corporea. in hoc dixit eſſe conuenientiam. Vnde etiam ipſe Auic. in. 2. fuit met cap. 2. de prioritate formæ ad materiam, dicit materiam non dependere à forma, inquantum eſt forma ſpecifica deſignata in ſuo eſſe, ſed ſolum à forma inquantum eſt forma. cũ igitur forma corporis ſit illa. à qua dependet in ſuo eſſe, ſequitur quod per ipſum cap. 2. illius ſecundi. ſequitur q. illa ſit generata. Et hoc adẽ habet ipſe in illo loco. Si ponderes rem bene verba eius Mirũ, profecto mirum, q. Auic. qui fuit adeo perfectus Logicus tenet ſuo aduerſario. de anima cõm. 2. o. ignorauerit corpus de prædicamento ſubſtantiæ eſſe genus. & non ſpeciem ſpecialiſſimam. cum tñ omnes Sorbeuli hoc ſciant. & videant Auic. 1. ſufficienter ſuæ cap. 1. & videbunt errorẽ ſuum. Auer. poſtea in illo loco impugnat Auic. & ſua verba ſunt iſta. Ex quo accidũt ei multa impoſſibilia. quorum vnum eſt, formam non diuidi per diuiſionem materiæ. quapropter non recipiet diuiſionem. & ipſam eſſe æternam non diuiſibilem per diuiſionem ſui ſubiecti. & ipſam non habere contrarium ſibi ſuccedens in eodem ſubiecto. q. ſi ita eſſet, tunc materia nullam reciperet formam præter iſtam ſibi primam. hæc ille. Patet autem omnia iſta inconuenientia ſequi contra Auer. ſi ipſe ponat talẽ formam, vel ſub ratione generis, vel ſub ratione ſpeciei. & ideo erubeſcant Moderni imponere iſtum errorem tẽo Philoſopho, cũ ipſe oppoſitum teneat vbique. vnd. & 1. phyſi. cõ. 61. & 1. cap. de ſubſtantia orbis. & 12. meta. cõm. 14. oppoſitum tenet. Reuertamur igitur eò, vnde diuertimus, & dicamus Auer. non ſibi contradicere. vnde dicta ſua vera ſunt in hac materia. nam quando dicit q. ſi materia eſſet denudata ab omni forma, non poſſet aliam recipere. hoc verum eſt. nam ſibi ipſum & Ariſt. alteratio eſt neceſſario ad generationem. & quia ſubiectum alterationis, proximum eſt ens in actu, tunc materia nuda nõ poſſet alterari. modo. ſi alteratio eſſet impoſſibilis vniq. & impoſſibile eſt generari. & econtra. 1. de gñatione cõ. 3. in. 1. caſu phy. dicit materiã non recipere in ratione ſubiecti formam, vt eſt ens actu, ſed vt eſt ens in potentia. bene in materia alterabili eſt, vt ens actu & ſi non eſſet alterabilis vt ens actu. neq. etiam ſuſcipere poſſet formam vt ens in potentia. Propter eſſentialem ordinem & conſequentiam exiſtentiæ inter iſta. & hic fecit ut contradictio. Ratio aũt Modernorũ nulla eſt. quia. vt dictum eſt. materia dependet à forma ſubſtãtiali, quo ad eſſe accidentium in ipſa. prout talia terminata ſunt. terminus. n. eſt à forma. ſed non dependet à forma in eſſe accidentium interminatorum in ipſa, prout talia interminata ſunt a forma. quia vt ſic materia per ſuam mẽſuram quidditatem, ſeu naturã ſubſternitur talibus accidentibus. quatenus ſunt interminata, cũm interminatio ſit à materia. Et ideo materia non indiget forma pro ſuſtentatione accidentium interminatorum, inquantum interminata ſunt, niſi per accidens, inquantũ identificantur terminatis. non autem vt ratione diſtinguũtur ab illis, & hoc non videruntur Moderni.

Tertia contradicit eſt in tex. 10. Dicit Philoſophus q. ſolus Plato generat tempus. Hus tamen oppoſitum manifeſte deducitur ex his, quæ ſcribuntur in. 12. primæ philoſophiæ in tex. cõm. 30. vbi dicitur q. Eudoxus, & Plato ſemper dicunt motum extitiſſe, ſed tempus apud Platonem nihil aliud eſt niſi motus, & reuolutio totius, completa, vt dicit in. 4. phy. in tex. cõ. 91. patet aũt q. ſi poſuit motũ eſſe æternum. q. poſuerit etiam tempus eſſe æternum. Propter quod quidam defendentes Platonem dicunt nõ daſſentire in ſenſu ab Ariſto. vnde dicunt Platonem tenuiſſe mundum & motum eſſe æternum. ſed ideo dixit mundum generatum, quia partes mundi præcedunt natura ipſum non tempore, vt ſcribit Commen. in

ſolutio q. poſitæ cõtra concluſionẽ

ta.1.cœli cō.101.&.106.&.6 ita effet, Arist. non defenderet a Platone in hoc Alexander autem, vt recitat Simplicius in secundo de cœlo & mundo, est alia via opinandi, & etiam Cōmenta quod fuit discordia vera in hoc inter Platonem & Aristotelem, & gratiosus Aristot. procedunt contra Platonē in hoc sensu, q Plato opinabatur rem pm esse vere generatam, & eram mundū.

Solutio. Vnde ad propositū contradictionē secundum viam illorum illo modo est respondendum, nam Plato bene posuit motū ordinatum fuisse ab æterno elementa in se eundum Platonem ante mundi generationem motus erant motus ordinatus, sed Deus deduxit illum motum ad ordinem vnde in generatione mundi ex elementis, simul duo cœlum factum fuisse, & ipsum tempus, vt dicunt in præsenti tex. Accedit autem Platonis, vt deducit bene Philosophus & Cōmen. 12. metaphysico cōmen. 30. vt motus violentus sit prior naturaliter motu naturæ, & sequitur vt priusquam sit natura prior habeat esse, quia possit motum ordinatum eternum esse, sed motum ordinatū possit esse factum, non ordinatū autem est priusquam ordinatorem & ex hoc sequitur in via Platonis motum & mundum vere fuisse generatum in tempore. nam quod deducitur de priusquam ad habitum non potest deduci nisi per veram transmutationem, & generationem temporalem & hoc est quod pulchre notauit Commenta. aduertens illos, qui volunt defendere Platonem illo modo prædicto. inquit enim in commento. 101. in primo cœli quod Plato male fecit in ponendo mundum esse generatum, sed non corruptibilem. hoc enim cū difficultate intelligitur de generatione, & maxime cum dicit quod effectus ex non ordine in ordinem. & 1. eo dicit ibidem commentator 6. dicit quod illud, quod innatum est reperiri in tempore, non inuenitur sine tempore. & quod non est natum inueniri in tempore, non habet prius & posterius, nisi secundum esse. quod est de linea cum figura, & magis de rebus abstractis. quamuis sit aliqua generatio fuerit ex rebus non temporalibus tunc illæ res non erunt priores, nisi in esse tantum. si igitur intenderent, ex hoc discedunt mundum esse generatum quia est ex causis prioribus in esse, est verum sed verba eorum non compatiuntur hoc, aut ergo peccant, aut hoc dicunt a veritate, aut male dicunt. Et in cupit hæc videre impugnationem illius opinionis

ens, vide Auerro in tertio cœli in comment. 1. primo quinto contra Themistium, qui dicit modo consabatur defendere Platonem. sat mihi fuerit ostendere ubi locutum, cujus enim quo ad eius hæresim potest breuis esse.

Quarta contradictio est in cō. 20. Deus est cā. & non inuenitur aliquid mouens se secundum motum localem. Homo tamen opponitur de eo, vide anima. cōm. 30. de animalibus, & planetas, quo ad aliquos motus. Solutio. in simplicibus habet locū dictum fuit, dicit ipse glosat sensum. 2 physicorum. talium autem in nobis, præcipue perfectis, dicit tamen planetas & animalia. talia enim ab intrinseco possunt alterari.

Quinta contradictio est in tex. 31. Scribit Philosophus & Cōmen. q non est necesse q omnis collectio gustus, vt operatus in lapide primum operationem, quæ apparet in actu in alio tempore, vt ille gustus faciant medietatem illius operationis in medietate temporis, aut partes illius faciant partem illius operationis. Hanc tamen oppositum intendimus in 7. physicorum in tex. comm. 31. 6. vbi ostendimus quod in aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore, quod dimidiata potentia mouet medietatem mobilis per medietatem temporis. Nihil esse q, vt dicit Alexander, modus considerandi mathematicus in multis deficit Philosophus Naturalis quia agitur Aristotelis, q plura loquitur de motu secundū generalem sui cōsiderationem, sic multa fm imaginationem sibi competere possunt, quæ tamen non competunt sibi applicato ad determinatum subiectum per formam naturalē, quæ est ratio terminationis & terminationis. Ita in multis scribit Cōmen. in 6. physicorum. 11. & 7. physicorum 45. & hoc concordat dicto Cōmenta ibidem in cōm. 36. cum dicit & cū dissimus motū in duas medietates, & similiter motorem tunc proportio motoris, quæ est medietas, ad motū, quod est medietas erit sicut proportio totius motoris ad totum motum, vt vniuersaliter declarauerunt Geometræ. & communiter dicendi modum de illis proportionibus dicit in cōm. 6. Solutio igitur contradictionis in hoc consistit, q sermo eius in 7. physic. verificatur fm vniuersalem considerationem motus, quæ est fm imaginationem vt est in corpore mobili absolute sed in 8. physicorum loquitur de motu augmenti. & de motu alterationis, & de causatione lapidis

quæ

qui sunt mot⁹ applicari ad determinandum subiectum determinatum per formam. & sic in talibus est deuenire ad vnum in actu, quod totum simul acquirimus, vnde etiam ibi considerat motum, & transmutatio non vt sunt in tempore absolute, quia talis diuisio est in potentia, & vadit in infinitum. & sic de hoc fuit considerandum in. 6. physi. vbi fuit dictum q̄ in motu & transmutatione non est dare primum. sed in. 8. physi. in loco allegato loquitur de motu & transmutatione, vt sunt in quanto & quali, & vbi. & ista diuisio est in actu, & est finita, & ita est dare primum in actu. timebant ibi considerantes tales motus, vt prouenirent à motore naturali, qui est finite virtutis, vn de Commentator ibidem dicit, non enim sequitur in alteratione, si diuidatur alteratio in infinitum, vt propter hoc etiam alteratio diuidatur in infinitum, Cinquantum fit ab alterante quod videtur mihi videtur, apposuit Commentator, quia aliud est considerare alterationem, inquantum alteratio, & aliud inquantum prouenit ab alterante. nā alteratio agit per formam & virtutem naturalem, quæ sunt terminatæ necessario, vt patet. 2. de anima contra Empedoclem de motu augmenti tex. commen. 4 . omnium natura constantium, &c. Et ideo subdit Commentator ibidem, q̄ prima pars, quæ fit ex alteratione, est determinata necessario, & alterans agens ipsam est determinatum. & si prima pars, quæ fit ex transmutatione, non esset determinata, & agens transmittans ipsum non esset determinate virtutis, tunc omnia, sicut illi fingunt, essent in continua transmutatione, & contingeret vt inter duas transmutationes sensibiles non esset quies media.

Sexta contradictio est in commen. 14. Dicit plures qualitates transmutabiles non recipere magis & minus. Huius tamen oppositum habet. 5. physic. commen. 19. & 22. & 10. metaphys. commen. 31. Nisi esset q̄ illud intelligitur secundum actum. aut forte loquitur de qualitatibus transmutabilibus per accidens. qualitates enim, quæ per transmutationem per accidens acquiruntur, non oportet q̄ recipiant magis & minus, sicut est de secunda specie qualitatis. 7. physico. commen. 20 & 5. metaphys. commen. 19. similiter qualitates quartæ speciei nō recipiunt magis & minus, sicut patet. 7. phy. commen. 15. & 16.

Septima contradictio est in tex. 27. Arist. dicebat motul per se in aliud, quod moueatur ex se. 2. per principium intrinsecum existens in eo, vt habentia animas, & in illud quod mouetur ab aliquo principio extrinseco, vt sunt inanimata. & talia, vt inquit Philosophus, quæ mouentur ab alio, dupliciter moueri possunt, natura videlicet, & extranaturali. extra naturam mouentur vt extra sursum, & ignis deorsum: natura vero vt ignis sursum, & terra deorsum. vbi patet de intentione Arist. & Commen. fuisse. grauia & leuia moueri ab extrinseco. Cuius tamē oppositum scribit Commen in infinitos locis, vt. 1. phy. comme. 1. & 1. & 7. phy. cō. 1. & 4. cœli commen. 28. & alibi innumeris. Di cimus nos vltam fuisse Arist. indubitatam sententiam, qui in quæstionibus arduis, & difficilibus, vt inquit Themist. de anima loquitur pro proprietate sermonis, & nō per metaphoras. in hoc n. ipse in plenique redarguit Platonem. Dico igitur, q̄ propter illud dictum motum per se ex se, quod apparet moueri ab aliquo principio intrinseco, nullo motore extrinseco sentibiliter mouente & sensibiliter concurrente ad talem motum. hoc autē est animalibus proprium, quia videntur posse perfectam quietem à principio intrinseco mouente, non apparente aliquo extrinseco motore sensibiliter ex citante, aut mouente illa. & hoc proprie apud Græcos dicitur motum esse per se. ita le autem non videmus accidere in aliquo inanimatorum, sed semper videmus q̄ aliquod exteriorum mouet ipsa. si enim mouentur de potentia accidentali, concurrit & remouens prohibens. &, si mouentur de potentia essentiali, concurrit generās. Et ideo eum hoc fundamento procedens Arist. cōcluxit grauia & leuia in. 8. phy. & ex iam in 4. cœli & mun esse de numero eorum, quę mouentur ab extrinseco motore. Vnde Cōmenta in. 4. cœli & mun. in commen. 25. inquit. In hoc capitulo vult perficere sermonem de modo motus elementorum, & ostendere quo modo mouentur, & determinare q̄ non mouent ex se in rei veritate, sed ex extrinseco. Et hoc clare elucitur ex verbis tex. ibi. vbi Ari. post longam perscrutationē finaliter cōcludit, & mouet etiā & qd à principio fecit, et id qd subtraxit, aut vt retinuit, quēadmodū dictū est in primis sermonibus, in quibus determinauimus. q̄ nihil horum ipsum ipsum mouet. vbi expresse & clare patet vtrobique, & in. 8. phy & etiam in. 4. cœli istam sine dubio fuisse Arist. sententiam, q̄ grauia & leuia, & vniuersaliter omnia inanimata sunt de numero motorum inanimatorum

Physico. 14.

Solutio.

Physico. tex. 27.

rum per se, quae mouentur ab alio, idest ab extrinseco. Et causa vt bene notat Auerro. in côm. 17. vbi vides huiusmodi difficultatem & contradictionem dicit, quia talia nô mouentur ex se, nisi prius mouerentur ex alijs. vnde dicit & posuit ista moueri ex alijs, quia ista non mouentur ex se, donec mouerentur ex alijs, vt post declarabitur. Non igitur negat Arist. q grauia & leuia habent principium intrinsecum sui motus, sicut tenet Cômen. in plerisque locis, & q tenet Philosophus, sed causam, propter quam potuit sibi collocare in numero eorum, quae mouentur ab extrinseco, dicta est. Et ista est sententia Philoso. hi sine dubio in 8. phy. in tex. côm. 17. quam repetit etiam in tex. côm. 17. sicut vt leve potes resoluere. Confirmatur. quia in tex. 29 ait q corpora simplicia ipsa a seipsis moueri impossibile est. vitale enim est hoc, & animatorum proprium. Et tollere possent ipsa secundum seipsa. Id clarissime legitur. 8 physico. tex. cô. 77 vbi habet q motum ex se proprie est in motu locali tantum. & in animatis.

8 physico. com. 17. Octaua contradictio est in côm. 17. Habet Cômentator motum caeli esse naturalem ex parte animae. & ex parte corporis. Huius tamen oppositum videtur dicere 2. caeli. cômen. 3. vbi dicit motum caeli non esse naturalem.

Solutio. Respondetur. non dicit motum caeli Cômen. ibi non esse naturalem absolute, sed dicit q non est naturalis, sicut est motus elementorum. Sed dicere, vt diximus supra in 2. phy. in contradictione secunda, q motus caeli non est naturalis ex parte suae formae, quae est anima eius, sed solum ex parte corporis modo Commen. hic dicit oppositum, sicut vides. Dico q non est contradictio, quia ibi negauit motum caeli esse naturalem ex parte intelligentiae, ita q ipsa sit natura, sed vt dixi, vt sic motus caeli est supra naturam, pro quanto est ab aliquo principio alio, q sit natura. Vnde Commen. disputatione. 11. in solutione primi dubij contra Algazelem inquit * inquit Peripatetici secundum veritatem loquentes dicunt q entia procedunt ab eo modo altiori quam sit natura, & quam sit humana voluntas. Et ideo illud, quod ipse dicit nomine Philosophorum, q id, quod procedit ab ipso Deo, procedit modo naturae, falsum est. hic autem concedo motum caeli esse naturalem ex parte animae, quia motus circularis est motus animae, sicut patet secundo capitu. de substantia orbis: non tamen anima caeli est natura, sed est supra naturam.

* A.I. & q tenent in rei veritate, q emanatio sit ab eo, est perfecto non alio, nisi modo, q non naturaliter, & voluntate humana.

tam. sed tenemus illam animam dare esse, sequitur illam esse vere naturam, quod est absurdum. *

Nona contradictio est in côm. 30. Dicit q impossibile est elementum esse mouens, & motum secundum formam eodem modo. Huius oppositum dicit 4. caeli. côm. 22. vbi habet q in motu elementi forma est mouens & motum. Soluitur quia dicit eodem modo. Pro quo debes scire, q si esset mouens aequaliter forma, sed vt sic non potest moueri, sed forma vt in materia moueri potest, ratio est illa, quia omnis passibilitas & potentialitas, & vniuersaliter imperfectio, quae attribuitur formae, est ratione materiae secundum Philosophos. & ideo. 4. caeli dicit forma elementi mouet: sed vt est forma in materia mouetur. Et propter hoc secundum ipsum. 9. meta. côm. 2. formae abstractae à materia sunt tantum agentes, nullo modo patientes, neque essentialiter, neque accidentaliter. & hoc est conueniens principijs Philosophi. nam ratio essentialis patiendi est à materia & à potentia, secundo de generatione. 55. materia est moueri. & ideo nulla forma per se est passibilis, sicut abstracta, neque materialis sunt, quia forma essentialiter est actio, secundo de generatione, vbi supra, & 3. phys. 17. & 9 meta. 10. tamen materiales sunt passibiles per accidens, quia ratione materiae, & si quae sunt, cum aliae in abstractis à materia non sit rô passibilitatis aliquo modo: quia nec vt formae, nec vt in materia, quia ibi materia nô est. sequitur illas esse actiones tantum. sed illae, q sunt hic, sunt actio & passio, sicut nosti.

Decima contradictio est in cô. 34. Dicit q omne mouens habet motorem aliud à se in esse. Oppositum patet. 4. caeli côm. 22. ad finem, vt dixi q in motu elementi motor & motum sunt idem secundum subiectum, & differunt secundum modum. Soluitur. in per se mouentibus, & per se motis motor, & motum debent distingui secundum esse sed in per se mouentibus, & per accidens motis, sicut est de forma elementi, nô oportet hoc. sed sufficit q illud ratione cuius dicitur esse mota, forma per accidens sit distinctum secundum esse ab ipsa forma, & illud est ipsa materia. & ideo Philosophi dixerunt nullam omnino simplex posse esse: mouens & motum aliquo modo, sicut supra iam diximus.

Vndecima contradi. est in côm. 35. Dicit motum ferri ad magnetem esse ab extrinseco. Oppositum dicit. 7. meta 16. cô. Soluitur. est ab extrinseco, quia non mouetur à sua

Ex primis. com. 30.

Solutio.

8 physico. com. 34.

Solutio.

8 physico com. 35.

Solutio.

sus forma intrinseca. est ab intrinseco, pro quanto mouetur vt alterarum, & informatum sub qualitate imperfecta sibi ab ipsa ma gnetem cum in omnia motu moueri. et motui debeant esse simul. & sic debent imaginari ei de ponentibus elasticis virtute. Sofia ad me dium reponem aerem, & de motu attractionis instrumenti ad membra. Sed tunc est difficultas quia forma existens in subiecto non agit in suum subiectum. Nihil effici. & hoc fatis in motu locali. Alia enim limitationes habet ista propositio, sicut postea videre in huius tractatibus nostris.

8 physico. 67 quest. 15. Duodecima contradi. est in eodem cõm. Dicit calorem naturalem esse primum motum, vt posterius videre in fine cõ. 5 .. in cõ. isto causa principium. & in cõ. 59 inferius dicit & mouet vt instrumentum. & per cõ sequens non est primus motor sed est medius componitur ex motu & motore. Nisi effici & eius motorum non requiritur vt dicatur, sed manifestatio. & de anima cõ. 67. Vnde calor naturalis comparatus ad animam esse instrumentum eius tamen calor naturalis comparatus ad lapidē, & baculū, de quibus cõmen. exemplificat ibi, habet rationem primi motoris, quia lapis est vltimum motum in illo exemplo baculus est medius mouens vel manus & calor naturalis ibi supponunt pro primo motore, licet absolute comparatus ad animam sit motor instrumentalis. & hic est sua omnis contradictio.

Soluitur.

8 physico. quest. 48. Decimaseptima contradi. est in cõ. 46. Scribat Cõmen. & cõsequenter ad o de pluralitate rerum est propria meta. & hoc idem dicit superius in cõm. 44. hoc idem videtur de intentione Philosophi. physi. ad finem, vbi habet. De principio autem sm formam verum vnum, aut plura. & quot, aut q sunt, cum diligentia primæ Philosophiæ opꝰ est determinare. Huius tamen oppositum videretur. de anima cõ. 2. vbi declarans veritatem scientiæ de anima, probat dari pluribus scientijs plura principia, dicit & Deus in illa est substantiam sui subiecti, & multa alia de diffinitionibus consequentibus intelligentiam, inquantum intelligentia, & intellectus. & 3. de anima cõm. 5. in fine nono. 5. quæstionis. & in cõm. 14. ibidem dicit &, si non esset ista natura, quæ est intellectus possibilis, non esset multitudo in abstractis. & ideo scientia de anima est necessaria in studio primam Philosophiam. Dicunt aliqui & numerus substantiarum abstractarum, & si in Metaphysica per motum & per motores astrologicum sit demonstratus, tamen ex natura scibilium est conclusio metaphysica, & est medium metaphysicum ad probandum talem numerum. sed & non demonstretur, dicunt & hoc est merito defectus cognitionis nostræ, quæ satis obscura est. & non potest attingere tale medium. & ita erant dicti & substantias abstractas esse intelligentes. est conclusio in Metaphysica. sed & non concludatur, est quia ignoramus tale medium. & sic dicunt numeri abstractorum concludi posse a diuino, & non a Philosopho Naturali. Ego autem nil quam potui intelligere istā opinionem, & dau fm in speculatione istius difficultatis. Nam fm Auer. videtur & ista positio istorum non posse stare. & ratio est ista. quia à parte ejus dicam sibi. & esse abstractorum est conclusio diuina, tamen medium est ignotum. Soluunt dicentes esse rationem diuersitatis, quia illa sunt principium in scientia Diuina, cum sint subiectum eius. sed numerus substantiarum est conclusio, & nullo modo principium. Sed contra istud arguo sic. ens & vnum significant eandem naturam per Auer. cùm autē numerus istæ substantiarum separatarum causarus sit nō ex diffinitione continui, sed ex contradictione propter imperfectionem & possibilitatem in eis repertam: sequitur, si Deus nus demōstrater numerum, demonstraret vtique & esse Sed dicunt & ens & vnum significant eandem naturam, sed non eodem modo. & ideo potest Deus nus demōstrare aliquid esse vnum, licet non possit demonstrare illud esse propter distinctionem rationis inter esse & vnum: esse: sicut est de primo motore, qui & sidem sit cum primo fine, et prima forma, tamen ratione distinguuntur. & ita distinctio sufficit, vt de eo diuersæ scientiæ considerent. Naturalis enim considerat primum motorem. Diuina primā formam Sed contra, quia propter hoc non euadunt argumentum. nam vnum, vt ratione distinguitur ab ente, nil aliud dicit, fm Auerr. cō. 4. meta. nisi indistinctionem in esse fundatam: quia nō importat aliquē conceptum positiuum, vt voluit Auicen. Sed igitur diuinus demonstrat aliquid vnum esse, hoc non est, nisi inquantum illud est indiuisum in esse. sed qui demonstrat indistinctionem in esse, ipsum esse demonstrat. esse enim et indiuisum esse idem sunt omnibus modis, et non differunt nisi ex modo significandi. & ideo quicunque demonstrat vnū esse vtique et esse demonstrat. Confirmatur per Philosophum. 4. meta. ter cõm. 3. idem

Digressio de numero abstractorum, an

fit conclusio diuina probandum talem numerum. sed & non cōtra Modernos.

ens homo et vnus homo, et non dicendi aliquid offendat fm definitionem reperiemus homo, et ens homo, et vnus homo. Nec inſtantia de primo motore valet, quia primus motor et prima forma, licet dicant vnam naturam, tamen dicunt duos conceptus poſſe ſimul diſtinctos, qui ſunt ſufficientes ad cauſandum diuerſos habitus in actu, ſalte partialiter. Sed illa, quæ differunt, ſicut poſt tuum et primogenitum, maxime poſſunt hoc facere, quia primatio non habet aliquid ſubſtantialitatem, vel conceptum potentiæ diſtinctum a conceptu ſui fundamenti, per quem poſſit intelligi, et ideo dicit Philoſophus q̃ intelligimus primationem per ſuos habitus. 3. de anima. 11. ſi igitur Deus numerum abſtractorum demonſtrare poſſet, nunc vnitates eorum demonſtrarent eſſe. & ſi vnitates, ergo et entitates. Et ideo mihi videtur de intentione Auer. dicendo eſſe q̃ nulla ſcientia neque vniuerſalis, neque particularis poteſt demonſtrare de numero ſui ſubiecti, nec eſſe poteſt demonſtrari. Et cõtinuatur per ipſum in. 2. de anima cõ. 17. vbi Ariſto enumerat potentias animæ ſine aliqua probatione et cõmento. ubi in cõ. redrietis cauſam inquit in principio cõ. Cum volumus incipere loqui de vnaquaque virtutum animæ, incepit primo numerare eas eſſe. et q̃ quædam animalia habent ouaſdam earum propter. ſm q̃ artifex ponit ſubiectum ſuæ artis. Artifex non poteſt demonſtrare ſubiectum ſuæ artis, neque ſpecies eius, et in principio cõ. 19. illum ſecundi dicit. ouia vult ponere hoc numerum virtutum, ſm q̃ artifex ponit ſubiecta ſuę artis. et qui habet ponere ſubiectum ſuæ artis, et qui habet ponere artifex, qui ſumit ſubiectũ ſuæ artis vt conceſſum, habet accipere et numerare. Vnde a nullo prima ſcientia, vbi agit de ſubiecto Medicinæ, dicit q̃ Medicina non habet declarare, quæ ſunt elementa, et quid ſunt, aut q̃ ſunt. nec humores, complexiones, virtutes, quæ ſunt, quid ſunt, aut quot ſunt. ſed in his Phyſico credere debet. Licet igitur numerus abſtractorum ſit in Metaphyſica demonſtratus, non tamen eſt metaphyſicale conclusũ, ſed eſt principii in ea, ſicut eſt. Ille. et eas eſſe intelligentes ſunt principia, et non cõclusiones. 1. de anima. cõ. 2. et. 12. meta. cõ. 36. & 2 cæli. cõ. 61 & 3. cap. de ſubſtantia orbis. Vnde mirum eſt de iſtis dicentibus tales ꝓpoſitiones eſſe dianas conclusiones, cum tamen Cõmẽ. dicit q̃ ſunt principia diuina. & concluſiones neceſſarias, donec ignor alia nõ inuenias media diuina, per quæ iſtas concluſiones demonſtrentur. nunquam concedam illas diuinas concluſiones eſſe, licet Ariſt. eas in diuina ſcientia concludat, propter hoc tamen non ſunt concluſiones Diuinæ, quia concluſiones ſpeculabiles amant a medijs. Et Ariſt. multas demonſtrationes naturales adducit in ſua Metaphyſica, in eis patet. Deinde igit q̃ numerus abſtractorum eſt concluſio de monſtrabili modo aſtrologico, & naturali ſicut patet in numeri demonſtratione de ſeptem Philoſophi ab. 4. ingreſſum habent ratio naturalis, & ibi etiam eſt aſtrologicum medium. Similiter Naturalis poteſt demõſtrare multitudinem in abſtractis propter intellectum poſſibilem ſuperiorem in eis, ſicut dicit cõ. 3. de anima. & 14 cõ. q̃ quo ſit intelligendum non eſt preſentis negocij.

Sed quod dicimus ad authoritatem Comẽ. & Ariſt. Dico q̃ omnes gloſatores debent iſta gloſare, q̃ determinatio de abſtractorum numero eſt Diuinæ ſcientiæ propriæ, nõ ratione medij, ſed ratione ſubiecti & prædicati, quæ bene ſunt diuinæ conſyderationis. vnitas enim & multitudo ſunt de conſequentibus ens inquantum ens. ſimiliter dicitur ꝓpria Metaphyſicæ iſta diuina manatio, quia in Metaphyſica pertractatur. Nam, ſi bene aduertas, in illa demonſtratione ſummus multæ propoſitiones declaratæ in Naturali philoſophia, ſicut illa q̃ vnus motus habet vnum motorem, & q̃ omne motũ habet motorẽ, & q̃ motus æternus habet motorem æternum, licet patet per Auer. & Philoſophum ibidem cõ. 41. ſimiliter. quia ibi ſumit pro conſtanto numerum motuũ ab Aſtrologis, ſicut patet infra ibidem tex. cõ. 45. Hinc eſt q̃ placuit Ariſtoteli materiam pertractare in Metaphyſica nõ in Naturali philoſophia, nec in Aſtrologia. Sed, quia iſtę duæ ſcientiæ manifeſtę ſunt in hoc caſu Metaphyſicæ, ideo Metaphyſicus ab vtroque partem aliquam accipere erexit ibi demonſtrationem. & hic ſibi illam conſyderationem appropriauit, præſertim cum ſubſtantiæ abſtractæ tam ſubſtantia eius ibi & Metaphyſica indaget cognitione numeri ſpecierum ſubiecti ſui. & quia declaratio numeri earum in iſtis ſcientijs ſpecialibus nõ fuit facta, cum neutra ſine alia ſufficiat, hinc eſt q̃ conuocauit eas in ſcientia communi. ſic igitur eſt propria ſcientiæ communis talis determinatio. Si n. Naturalis iſtum numerum vellet demonſtrare via motus, oporteret

operuere ipsam sumere numerum motus ab Astrologo. sed ad quam utilitatem? nō ad utilitatem propriam quidem. Naturalis vult facere de numero, aut in quo sibi deseruit talis numeratio abstracta. quomodo igitur hoc facerent Naturalis, hoc esset ad utilitatē Metaphysicæ. quæ sumit subiectum suum esse à Naturali philosophia: et quia scientia debet cognoscere numerū sui subiecti, notant Arist. demonstrare numerum in Naturali philosophia, sed tolli esse, quia esse abstractorum Naturalis per medium proprii nullo indagem aut rio alicuius alterius artificis potest demonstrare. Numerum aūt non potest efficacuer demonstrare per solum motum, sed indiget alio artificio. ideo numerū volunt demōstrare in Metaphysica in illum habitū virtutique. scientia enim specialis debet adiuuare specialem scientiam in his, quæ sunt sibi propria. sicut plerunque Mathematicus adiuuat Naturalem in naturalibus: vt est videre. 8 phy. cō. 96. sed vel le Mathematicum seruire naturali nō propter se, sed propter Diuinum, esset multo te dio afficere ipsum. Et ideo, sicut mihi videtur alia fuit causa, q̄ Arist. voluit istam determinationem de numero abstractorum in scientia Diuina hēri quia Diuinus indiget cognoscere sui subiecti & numeri eius: esse autem subiectū à solo Naturali potuit accipere. non potuit autem numerum accipere a solo Naturali aliquo manifesto medio: ideo ipse Diuinum numerum in Metaphysica à duobus artificibus probatum sumit. Dico autem notabiliter manifesto medio, quia Cōmenta bene vult Naturalem posse ostendere multitudinem abstractorū, quia in ea est natura intellectus possibilis. sed medium istud non est sensatum, sed latus obscurum, sicut vides. Et ideo primus magister nihil vnquam dixit sine forti ratione, sicut dicit Commen. 1. de generatione. 18. com. Ne autem videamur inutile ista gratia volo conte mare istam sententiam authoritate Auer. 1. cœli cō. 90 vbi dicit q̄ vnitas mundi potest demōstrari ex duabus scientijs. s. Naturali & Diuina. & Aristo. in illo tex. vult hoc declarare. Et ibi Cō. dicit q̄ Philosophus dicit illā q̄ rationem Diuinam esse, ad probandum mundum vnum esse, quia sumit quendam, quæ sunt principia in Diuina scientia, & non sunt probata in scientia Diuina, sed in scientia Naturali: sicut q̄ omne, quod non est in materia, est vnū & q̄ motus circularis est sine principio & fine, & q̄ ab vno moueute nō est nisi vnus motū. quæ omnia probata fuere in Philosophia Naturali, licet sint etiam scripta in Metaphysica, sicut patet. 12. meta. à 19. vsq; ad 49. Excipiatur q̄to 8m Auer. Arist. quandoq; appellat aliquam considerationem diuinam, non quia à medio diuino procedat, sed quia in Diuina scientia pertractatur, & scribit. Et sic patet q̄ 8m Auer. sententiam, tenentis subtantias abstractas esse à Diuino non posse demonstrari, habemus consequenter dicere q̄ nec eas esse in tali numero est demonstrabile ab ipso. Decere autem illam esse conclusionem diuinam, & q̄ est medium diuinum ad eam, ign. rum tamen nobis, est loqui sine ratione. quia, vt dicit Cōmen. in proœmio primi phy. Arist. inuenit istas tres scientias, & cōpleuit. Ō contradictionis aūt sedatio et claritas liquet. et mihi hoc nō fuit declarati nisi cū maximo labore, & ab aliis nihil.

Decimaquarta contra 2. est in tex. 55. Arist. ostendit motum localem priorem esse natura tempore & perfectione respectu aliorum. Sed q̄ non sit natura prior, elicitur ex sententia eius. 1. phys. tex. cō. 24. vbi contra Melissum, ponentem vnum principium & infinitum, & propterea immobile, arguit Philosophus, q̄ licet nō posset moueri motu locali, quia prohibet vt possit alterari. igitur alteratio potest esse sine motu locali. Et confirmatur per Themistium ibidem, dicentem q̄ neque calefaciendis rebus, neque frigefaciendis opus est loco. modo non est ista conditio prioris 8m naturam, vt posterioris possint esse sine eo? vt patet. 5. metaph. de priori. Nisi esset q̄ argumentum est ad hominem quia posito q̄ corp? aliquod esset infinitū occupans totum, & non posset locabiter moueri de vno loco ad aliud locum, nihil vetaret illud posse alterari. qa non est necesse, vt quod alteratur transferatur 8m locum, vt dicitur. 1. de generatione & corruptione tex. cōm 25. quia aliquid in eodem loco existens alterari potest. & sic habet Philosophus intentum suum contra Antiquos. Nec hoc contradicit Arist. Nam si non esset motus lo alis corporis cœlestis, nulla alteratio esset ipse. n. est tanquā vna otum natura constantium. 8. phy. tex. cō. 1.

R. physico. tex. 55.

Solutio.

Decimaquinta contradictio est super eodem tex. Aristote. habet quòd raritas & densitas principia sunt omnium passionū. nam grane & leue, molle & durum, calidū & frigidum raritates & densitates quędam esse videntur. Huius tamen oppositum habet 10. 2. de generatione & corruptione tex. cōmen

R. physico. tex. 55.

dimen. 15. & 7. phy. tex. 28. 31. vbi dicitur q̃ motus & duratio sunt rerum quæ habent in se successionem calidum & frigidum, solummodo quatuor Antiqui. in 8. phys. intendunt operationem Antiquorum, non secundum proprium operationem, vt ostendat conclusionē quam intendit ibi probare secundum verbum quæ omnia se habent vt nunc. Nam operatio Antiq. fuit q̃ principia transmutationis fiunt quatuor qualitates primæ, vt patet in principio secundi de ghatione & corruptione. Opinio vero Antiquorum fuit q̃ principia transmutationis sunt tantum 2. scilicet, vnde secundum istos omnes passiones causantur ab istis, & quomodocunque sit semper, vt dicebat, sequitur q̃ motus localis secundus alios motus non cursus sunt sibi Aristo. quomodo se habent virtus circa illud, an videlicet generatio sint vt Antiqui asserebant, an per vtī alterationis per quatuor primas qualitates, quas ille speculatus perfectus ad liberum de generatione & corruptione, vnde Arist. 1. physico. text. comengen. 49. dixit quòd magnum & parvum sunt secundum rationem, istarum autem & similium secundum sensum, quod nō dixisset, nisi ere dubitasset rationem, & similiter infert qualitates primas in solis sensibilibus generabilibus inesse.

Solutio.

Solutio.

Decimasexta contradictio est in cōmē. 71 dicit Auer. quod in linea recta est maxima distantia. Oppositum. 1. physico. 33. & primo cœli cōm. 18. Solutur. est brevissima, quæ possit cadere inter duo extrema in actu, inter enim duo puncta distantia nulla brevior linea potest cadere quam linea recta, tamen est longissima, quia maxima remotio non invenitur, nisi in recto inquantum recta. vnde linea imaginata à centro terræ vsq; ad concavum supremæ sphæræ est longissima distantia possibilis in natura.

8 physico. com. 71.

8. physico. tex. 74.

Decimaseptima contradictio est in tex. 74. Habetur ibi q̃, cum motus augmenti & diminutionis sint oppositi, non possunt esse communes, sed de necessitate inest eis esse terminus quietis & ita videtur poni tempus statuum inter motum augmenti & diminutionis. Huius tamen oppositum colligitur ex 2. de generatione & corruptione in tex. cō. 17. vbi dicitur q̃ in æquali severpore est generatio & corruptio secundum naturam. & Commen. ibi in cō. expresse dicit q̃ tempus senectutis est æquale tempori iuventutis. ex quibus videtur non dari tempus statuum medium. Decimaoctava est q̃ Arist. & Auer. ibi per tempus generationis naturalis, aut

Solutio.

tantummodo insensibilium eorum tempus possibile, in quo videbatur res habere se in naturali dispositione. & sic in tali consideratione includitur tam tempus augmenti, quàm eorum tempus status. nam propter quod vnumquodq; tale & illud magis non erunt motus augmenti dicunt naturalia, nisi pro quanto tendit ad finem naturalem. naturalia sunt propter finem. & ideo tempus status est longæ perfectum quam tempus augmenti. Vnde Auic. in cap. de accidentibus vulg. q̃ alia sunt res aut pulchrum dum & perfectionis. quia in statu consistimus. (dum possit homo habere operationem simpliciter naturalem & perfectam in quo statu fuit creatus in Paradiso propter noster. Accedit vero corruptionis & fœtus appellatus tempus in quo redit ad diminutionem, quæ est via ad nihil, vt dicit Cōm. 1 phy cō 80. Vnde Arist ibi respondendo ad vnum Galeni casum, quæ est motus solus qui per se fit sine appropinquat, & per se fit sigma recedit, & sic est causa consecutionem, & lo modo venatus est æqua locatem illam in temporibus generationis inuentutis, & profectus, & tempus corruptionis (imo) & defectus sed per accidens. vt dixi, simul quod totum aggregatum ex tempore in quo res vere augetur, & ex tempore status, quia totum illud tempus attribuitur perfectionis. & sic inest inuentutem, & senectutem non dant medium. sed in 4. phy. & alibi alteruquod, & magis in parvis vt dicit in ordine ad actus animæ. Vnde id pus in quo plus reparatur, quàm deperditur ex actione animæ, & calorie innati, tale dicitur tempus augmenti tempus vero, in quo æqualiter reparatur, sicut deperditur, est tempus status. quando vero minus reparatur, quàm deperditur, est tempus diminutionis. & sic inest augmentum & diminutionem dicitur quies media. impossibile enim est motum contrarios continuari.

Solutio.

Decimanona contradictio est in 77. cōmen. Dicit denique, & rarefieri motus locales. Oppositum. 7. physi. commen. 11 vbi habet quòd sunt quales, & per consequens alterationes. Ibi soluitur: quia loquit̃ sm Antiquos. vide in. 4. phy. super cōmen. 84. quæ ibi dicti facta difficile.

8 physico. com. 77.

Solutio.

Decimanona contradictio est in cō. 78. Dicit finaliter esse ex parte materiæ, non ex parte formæ. Oppositum dicit. 1 physic. com. 60 Solutur. hæ loquitur de finitate actionis & durationis, ibi loquitur de finitate, quæ est rei actualitas, & inextensa perfectio.

8 physico. com. 78.

sectio, ac terminatio. Vnde Cõment. 8. phy sico. comm. 84. dicit quod causa, propter quam motores mouent laudantur, est quia sunt in materia finitas spirit actionis est materia. Et ideo qui tenent an animali à principio vitæ vsque ad vltimum ineſſe aliquam vnam actionem numero continuã, fatis errant. Nam, si quæ eſſet, maxime eſſet actio vitalis, quæ eſt motus cordis. & manifeſtum eſt quòd illa non eſt continua, quia inter oppoſitos motus neceſſario cadit quies media, ſicut demonſtrauit Ariſtoteles in octauo phyſicorum. Deo laus, & Virgini.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ, AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS.

Omnes Quaterniones, præter ✠, & SSS, Duerniones.

Venetijs apud hæredes Lucæ Antonij Iunctę.

Anno Dñi. M D LXII.